



Staats- und  
Universitätsbibliothek  
Bremen

# **Staats- und Universitätsbibliothek Bremen**

**Digitale Sammlungen**

## **Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Classis ...**

**Brauer, Hermann Brauer, Hermann**

**Bremen, 1721**

**urn:nbn:de:gbv:46:1-5852**

**BIBLIOTHECA**

*Historico - Philologico-*

**THEOLOGICA.**

*Classis Quintae*

**FASCICULUS SECUNDUS.**



**B R E M Æ,**

---

Sumptibus JOHANNIS ANDREÆ GRIMMI

---

Typis HERMANNI BRAUERI, MD CC XXI.

V I R O

*Excellentissimo & perquam  
venerando*

TACONI HAJONI

van den

HONERT,

Diviniorum literarum in  
famigeratissima LVGDV-  
NENSIVM Academia,  
Doctori ac Professori  
celeberrimo,

Egregiâ Sacrarum humanarum-  
que scientiarum cognitione, rarâ  
judicii atque ingenii perspicaciâ,  
plurimisque in rem literarum  
publicam meritis, magis, quam  
famosis, quibus fulget, majo-  
rum imaginibus

SPLENDIDISSIMO,

Sex-

*Sextum hunc supra viceſimum*

HUJUS

**BIBLIOTHECAE  
FASCICVLVM,**

Amoris, honoris, cultus-  
que ſui arrabonem trans-  
mittit,

FAVOREMQVE EJUS CUM  
ERGA SE, tum erga hoc  
praefertim opus,

Deum orans, ut eum quam diutiſſime  
ſalvum florentiſſimumque ſervet,  
curate exambit

EDITOR,

In

In hoc fasciculo inveniuntur :

- I. C. A. HEUMANNI de *Docta ignorantia* dissert. pag. 187.
- II. Petri von SARN *Mercurii cum angelo foederis* comparatio p. 205.
- III. Joh. Laur. MOSHEMII pro diss. sua de telesticis Apollonii Tyanaei imaginibus ad Christfr. *Waechtlerum* epistola apologetica p. 216.
- IV. Hadriani RELANDI de *Barbaris & Scythis* ad locum Col. III: 11. dissert. p. 253.
- V. Theodori HASAEI de eodem loco & argumento *Analecta* p. 270.
- VI. Vita Johannis Henrici MAJI p. 298.
- VII. Ejusdem librorum editorum *Catalogus* p. 304.
- VIII. Gerhardi Eobani GELDENHAURII *Epist. ad Ecclesiae Emdanae ministros* cum prolegomenis E. F. HARCKENROTHII & Th. HASAEI p. 316.
- IX. *Catalogus librorum à Reformatis editorum GERMANICE* continuatus p. 351.
- X. *Nova historico-Theologico-literaria* p. 369.
- XI. Joh. Christophori JEHRING, *Observationum uncula de Etymo Osiridis & Baal Peor* p. 387.



A. & Ω.

I.

JACOBI FACCIOLATI,

In Seminario PATAVINO

studiorum Praefecti,

ORATIO, (a)

qua ostenditur S. Scripturae studium  
cum veterum *linguarum* studiis  
conjungendum esse.

**S**I quis forte dubitat, quid in tantam hanc  
Sapientissimorum hominum frequen-  
tiam hodierna luce afferre statuerim,  
ad illa se animo tantisper referat, quæ  
Class. V. Fasc. III. Cc su-

(a) Orationem hanc oppido elegantem Patavii nuper  
impressam lubenti animo leges, B. L. quod inde,  
sacrarum literarum ac linguarum studium trans Al-  
pes reviviscere, &, quae ibi Virorum sapientum  
de

superiore anno hoc ipso ex loco disputavi; nam & sacras Litteras cum Theologicis studiis conjunctissimas esse statim intelliget, neque posse me ex instituto jam ordine alteras ab alteris separare judicabit. Nulla est in toto scientiarum orbe rerum simillarum cognatio tanta, nulla tam arcta societas, quæ cum illa comparari possit, quæ inter Theologiam Scripturamque intercedit: ut si quis vinculum hoc, non hominum opinione, sed ipsa rerum natura constrictum effringere velit, vehementer alteram debilitari necesse sit, alteram vero prorsus dilabi, aut in imum detrusam sine ulla nobilitate jacere. Etenim Scriptura quidem in Scholis sine Theologicis disputationibus manca est, multisque luminibus destituta; Theologia vero sine Scripturæ ope nimium depressa humi, Sophistica, incerta sui, liberoque homine, & ad elegantiam exculto prorsus indigna. Quare non fuit mihi magnopere dubitandum, qua de re dicerem; sed quid, & quomodo dicerem, id vero me, ut ingenue fatear, multis de causis, iisdemque gravissimis sollicitum habuit. Cum enim ipsa per se Sacra Scriptura arcanum

de Vulgati interpretis auctoritate sententia sit, cognosces. Nullum apicem mutavi, quantumvis nonnulla, præsertim propria Virorum nomina, aliter, ac vulgo fit, scripta sint: Si quid inde vel commodi vel voluptatis capies, id M. V. Abbati Joh. Fabricio, qui ejus mihi copiam fecit, acceptum fero. T. d. H.

num quiddam est, omniumque hominum estimatione & iudicio sublimius, tum ita quoque expositum, ut ne ipsæ quidem mulierculæ in re familiari occupatissimæ, otium sibi, aut ingenium ad legendum & interpretandum deesse arbitrentur. Quæ igitur me, cum de aliis facultatibus verba facerem, solari consueverat, iudicium intelligentia, & quæ cum intelligentia fere conjungitur, summa æquitas, non ea quidem mihi in præsentia dicenti deest, sed quæ dixero, de more vulganti, magna ex parte defuturam, cogitando præsentio. Neque vero hæc aut ipse artificiose confingo, aut primus in medium profero, ut laudem ex difficultatibus quæram; cum ille ipse Divinarum Scripturarum interpret omnium ætatum, omnisque memoriæ longe doctissimus, & interpretum ceterorum facile princeps D. Hieronymus, ad Paulinum eum scriberet, ita conquestus sit: *Quod medicorum est, promittunt Medici, tractant fabrilia fabri; sola ars Scripturarum est, quam omnes passim sibi vendicant, hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi præsumunt, lacerant, docent.* Quod ego non eo dico; quo sacros codices e populi manibus excutiam, & in abdito collocari, veluti Carmina Sybillina non inspicienda, nisi Duumviris. Nulla hic tacenda mysteria sunt, non Nyctelia, non Faunæ, non Cereris arcana; sed omnia omnibus sine ullo discrimine patent,

quia fucō carentia, & ab ipso veritatis fonte,  
 non ab aliqua Ægeriæ spelunca, aut a Cuma-  
 nis antris petita. Sed tamen cum sit littera-  
 torum ordo ab omni prorsus vulgi commer-  
 cio sejunctus, in hac quoque ceteroquin com-  
 muni palæstra genus quoddam sibi proprium  
 habere debet, armisque & exercitatione ab  
 ignava turba differre. Si qua vero ratio est,  
 ut id recte fiat, & nobilissimæ doctrinæ par-  
 tes suis ingeniis, suisque locis assignentur,  
 ita constituo, Sacrarum Scripturarum studia  
 ipsa per se pulcra, omnibusque communia,  
 in Scholis tamen & Academiis vetustarum  
 linguarum cognitione vehementer ornari,  
 novaque hac accedente quasi supellectile, in  
 propriam litteratorum hominum ditionem  
 transire. Quod quidem ne gratis a me di-  
 ctum putetis, aut vana quadam nostrarum  
 exercitationum jactatione, aut illo fortasse  
 studio, quo quidam solent ad ingenii subtili-  
 tatem difficilia conlectari, id ipsum, quam  
 maxime potero, collectis undique, & exco-  
 gitatis rationibus patefaciam. Itaque ipsa  
 mihi dicendi difficultas initio proposita, ora-  
 tionis copiam facit, & eo me ultro sequen-  
 tem adducit, quo jamdiu meditabar, ut ado-  
 lescentibus nostris veterum linguarum curri-  
 culum ægerrime ingredientibus, ingenti la-  
 boris fructu proposito, stimulos addam; in-  
 gressosque jam, & sua sponte currentes, au-  
 dientibus vobis, & ut spero, etiam probanti-  
 bus,

bus, confirmem. Video me negotium susci-  
 pere multis difficultatibus implicatum; & si  
 quidem verum est, quod Fabius pronunciavit,  
*omnes homines, quæ ignorant, aspernari,* valde  
 metuo, ne magnas invidiæ flammæ ipse mi-  
 hi succendam, ex quibus denique nisi ambu-  
 stus egredi nequeam. Nam illud pro mea  
 quadam verecundia facere non possum, quod  
 tamen oratores plerique solent, ut nostris po-  
 pularibus ea tribuam, quæ fortasse non in-  
 sunt; & solemne illud, tritæque adulationis  
 plenum acroama veteri more recinam, PA-  
 TAVII *dicimus.* Nulla est in Italia, in Italia  
 autem? Nulla est in Europa univèrsa, atque  
 adeo in orbe terrarum tam culta litteris civi-  
 tas, quam nostra hæc, si simul omnia, quæ  
 rem litterariam constituunt, complectamur:  
 at in singulis generibus quædam sunt, quæ si  
 nobis vindicare velimus, multæ nos Acade-  
 miæ ex jure manum confertum statim voca-  
 bunt. Hoc ipsum est ex gravitate sapientis  
 hominis, *se aliqua nescire fateri,* & quæcum-  
 que honesta sunt, aut utilia, non aliunde,  
 quam ex rebus ipsis judicare. Hoc nimirum  
 Patavinum est, hoc hujus soli, cœlique pro-  
 prium, unde fucus & levitas ab Heroicis us-  
 que temporibus exularunt; nec vero me in  
 locum tam lubricum conjecissem, ut vetu-  
 starum linguarum studio tantum tribuerem,  
 quantum mox audietis, si mihi omnes suc-  
 censuros putassem, qui laude ista carerent.

Ignavis quidem, & socordibus concedo libens ut doleant, imo etiam ut reprehendant; quid enim potius? nihil illis operosum placere potest. At vos, Viri optimi ac præstantissimi, quorum singuli in magna aliqua doctrina excellitis, multi vero etiam in multis, tam mihi benevolos fore confido, quam longe abesse ab omni prorsus ignaviæ suspitione, certo scio.

Vetus est aliquorum opinio, eorum præsertim, qui se præter ceteros sapere arbitrantur, scientias artesque omnes, quæ ingenius adolescentibus tradi solent, vernacula cujusque provinciæ Lingua explicari oportere, ne florentissima ætas latinitatis addiscendæ labore frangatur, quæ Geometricis, & Geographicis studiis multo gravioribus opportunissima esset. Quod si quis latina monumenta cognoscere velit, tam multas esse interpretationes ajunt, tam certas, tam fideles, tam ornatas, ut nihil melius ex ipso latinorum Scriptorum ore, si quando ex suis tumultis excitentur, accipi possit. Ac de scientiis quidem sine latinis litteris addiscendis nihil ajo, nihil nego: quod autem de latinis monumentis dicitur per interpretationes cognoscendis, si de aliquo genere dicitur, facile patior, si autem de genere omni, vereor ne homines isti, non solum otio suo, sed etiam patientia nostra turpiter abutantur. Cum enim Poetica, & oratoria non tam rerum, quam verborum  
arti-

artificio constant; & cujusque sermonis figuræ quædam propriæ sint, modo syllabarum sono, modo vocum ambiguitate, modo ipsa positione formatæ, qui fieri potest, ut latina carmina, & orationes suis verbis, suaque constructione spoliata, non suam quoque naturam exuant? Utcunque tamen est, juvit & oratorum, & poetarum opera in alias migrare linguas, ut bona pars hominum domesticis commodis, & otio superfluentes, desidiam legendo fallerent, & quandoquidem eruditione carerent, aliquam saltem eruditionis umbram consecrarentur. At vero si quis est ad docendum vocatus, qui interpretationes hujusmodi inpigræ juventuti proponat, & ad latinas exhedras afferat, næ ille aut barbarus est, aut insanus, aut pestis aliqua longe deterrima ad tenellas animas labefactandas Scholis affusa. Videtis, Auditores, quorsum ista pertineant. Nimirum sacra Biblia multiplici sermone vulgari pulcrum est, & pro humanarum mentium infirmitate etiam necessarium: at ipsos Bibliorum magistros ita cum vulgo torpere, ut nihil in Scholas afferant, nisi communem aliquam, & omnibus obviam interpretationem, valde miserum est, nec in tanta ceterorum studiorum felicitate ullo modo ferendum. Si enim latine scripta in nostrum hunc sermonem latino simillimum, & ab eo procul dubio propagatum sine fraude transferre nequeunt, quis mihi se tam

eximium profitetur, ut Palæstinum orationis  
 genus, supra quam dici, aut cogitari possit,  
 a latino diversum, ita tamen latine reddide-  
 rit, nihil ut præterea postulare debeamus?  
 Quis ancipitem Hebraicarum dictionum signi-  
 ficationem, quis pondus, quis brevitatem,  
 quis denique illa omnia per ἐπιεικίαν, per ἐμφα-  
 σιν, per ἀδραγωγὴν, per ὀνοματοποιίαν, abrupta,  
 aucta, traducta, formata, latinis vocibus af-  
 sequi potuit; & duas linguas toto genere dis-  
 junctas ita consociare, ut verba verbis, figu-  
 ræ figuris, constructiones constructionibus ex  
 æquo respondeant? Id, non dicam, si factum  
 est unquam, sed omnino si fieri potest, sileant  
 per me licet Hebraica omnia. Ne ipse qui-  
 dem Græcus sermo, qui tamen aliquanto pro-  
 prius ab Hebraico distat, & copiosissimus re-  
 liquorum est, vim omnem Sacrorum Biblio-  
 rum capere potuit, nec Septuaginta illa Sapi-  
 entum societas potentissimi Regis jussu in hoc  
 uno certantium effecit, ut Hebraicis codici-  
 bus Græci non indigerent. Veruntamen in-  
 terpretatio ista, sive instinctu, inflatuque di-  
 vino, ut quidem putarunt, edita sit, sive to-  
 ta, ut credibile est, humanis viribus debeat,  
 tantum auctoritatis a primis usque tem-  
 poribus obtinuit, tantoque usui Christianæ  
 Religionis Patribus fuit, ut ob eam præsertim  
 Græcas litteras cum Hebraicis ad egregium  
 Sacrarum Scripturarum studium conjungere  
 oporteat. Id si firmum certumque constitua-  
 tur,

tur, jam non Philosophus, non Rhetor, non Grammaticus, non recens a ferula litterator, paullum modo latinitatis attigerit; gravissimum sibi munus tradendæ Scripturæ deposcitur nec amplius in Scholis inanes quaestiones ad explendam contentionis cupiditatem excitatæ, sed sacratissima Religionis mysteria ab ipso Religionis exordio fideliter ducta, quemadmodum decet, personabunt. Tu ne igitur, inquiet aliquis, *interpretationem* excludis, quam *Vulgatam* appellant? Ego vero id ne cogitavi quidem unquam; nec si quis cogitet, satis mihi sanus videatur. Imo hæc domine- tur una in privatis exercitationibus, domine- tur in publicis, quam & multorum sæculo- rum vetustas, & Concilii Tridentini auctori- tas, & plura deinceps Pontificum decreta ad- versus obtrectatores in omnem ætatem per- munierunt. Verum enim vero ubi explican- da est, & ad Scholæ usum referenda, nisi & cum Græcis aliquando congregiaris, & cum Hebræis, & cum Syris, & cum Arabibus, & cum Chaldæis, eorumque rationes suis mo- mentis perpendas, tanquam unus paterfami- lias judicaberis, de domesticis religionibus cum pueris & uxore disputans. Si enim illa ita clara, & expedita est, ut nullius egeat ex- plicatione, quid te mihi, operamque tuam fallaciter venditas? Sin autem alicubi obscura est, & verborum ambiguitate perplexa, quo- modo aut explanabis ipse, aut aliorum expla-

nationes judicabis, qui fontes illos adire ne- quis, unde omnia profluxerunt? Hærent enim adhuc in Vulgata aliarum linguarum idiotismi, alibi brevitatis apparet Hebraica, ali- bi Chaldæorum *ܐܕܦܥܘܪܝܢܝܢ*, alibi Septuaginta Interpretum *ἑρμηνεύματα*, quibus expediendis non Philosophus, non Theologus, non Ci- vilis, aut Canonici juris peritus, sed exoti- corum sermonum interpres adhibendus est. Quid vero idiotismos dico? Multæ etiam sibi voces hanc operam poscunt. Cedo enim, quid illa significant ad Hebræis sumpta, *ephod, sabaoth, Hosanna, Allelujah*; quid illa Syriaca, *Raca, Ephata, Golgotha, Gabbatha, Maranatha*, quid alia multa a Græcis inflexa? Non desunt, inquis, lexica, unde petam. Primum qui- dem, si D. Augustino credis (quem virum, bone Deus, quo ingenio, qua rerum divina- rum humanarumque sapientia!) si huic, in- quam, credis: *(b) Sunt quedam verba certarum linguarum, que in usum alterius lingue per inter- pretationem transire non possunt.* Deinde gratu- tor egomet mihi, cui si lexicon suppetat, nihil est opus te Magistro. Sed cominus, quæso, congregiamur: Novi enim esse aliquos, qui veteribus linguis amplissimas laudes tribuunt, sed nihilo plus temporis concedendum pu- tant, quam quantum lexica versare volenti- bus necesse est. Age vero Lexicorum man- ceptus, quid si ego verbo negem, quod tu de Lexi-

(b) De doctr. Chr. l. 2. c. II.

Lexico recitas? Unde habes, ut confirmes? Ridicula sunt hæc, Auditores, neque enim omnia in Lexicis esse possunt, neque debent: & ea ipsa, quæ sunt, memoriæ serviunt, non ingenio. Scilicet, lexica consules, cum in capite Geneseos quarto vs. 15. de voce שבעתיך te quispiam interrogabit, utrum ad gravitatem pœnæ, an ad rationem temporis sit referenda. Nam septuplum, quod est in Vulgata, non facile capies, nisi ab Arabibus auxilium petas, conjunctisque viribus adversus Rabbinos, & Chaldaicum Paraphrastem pugnare possis. Quid cum te de voce סלה in psalmo quinquagesimo secundo percontabimur? Quo te lexico expedies? cujus opem implorabis interpretis? Junius, & Tremellius adverbium putant, Paulus Burgensis, & Chircherus vocem ἐγκλιτικὴν; Matthæus Polus exclamationis signum; Calovius & Olearius pausæ significationem; Buxtorphius musicam notam. Ut vero tot capita concilies, adhuc tibi & cum Joanne Paschio, & cum Rabbinis, & cum Syris, & cum Æthiopibus interpretibus in diversa abeuntibus futura res est. Quam te porro miserum excrueiabimus, cum veteres ad te controversias afferemus de verbo הימים in capite Geneseos trigesimo sexto; de קרן in Exodi trigesimo quarto; de למך in vigesimo Levitici; de חבשית in duodecimo Numerorum; de אררתו in libro Regum secundo; atque insuper sexcentis, quæ sine magna Hebraicæ

Hebraici Sermonis peritia frustra explicare contendes? Audivi nonnullos, qui talia contemnerent, quippe magnis contentionibus non satis digna. Quibus primum respondere possum, nihil in re tanti momenti minutum esse; deinde libenter illos interrogarem, utrum id satis grave ad disputandum videatur, quod est in verbis נשקו בר Psalmi secundi, unde Rabbini Trinitatis Mysterium exturbare conantur? Quid illud tantopere celebratum Jacobi vaticinium de Messia venturo, ablato Judæ imperio, cujus verba singula Christiani nominis hostes callidissime oppugnant, & alio torquent? Est ne par ingeniis tantis? Quid quod habet Esaias secundo, & septimo capite de nova lege, de Christi Evangelio, de Virginis partu, satis ne capit magnarum mentium cogitationes? Verum si quid hujusmodi sine Hebraica pertractabis eruditione, nostri illi ex Synagoga pertinacissimi adversarii aut dormitabunt, aut ridebunt. Sed jam Hebræorum natio parum nobis negotii facessit, aut multo certo minus, quam ipsi Christiani homines ἀπερόδοξοι. Nemo enim se ab Ecclesia Romana subduxit, novumque sectæ genus molitus est, quin suis opinionibus vel monstrosissimis sacras litteras prætexuerit. Inde novæ interpretationes exortæ, quæ cum veterum linguarum auctoritate malitiosius assumpta plerumque propugnari soleant; inepti plane sumus, nisi paribus

bus armis arma retundimus, & populum peregrinis litteris attonitum admirantemque, ab insidiis & fallaciis liberamus. Quid enim est, quod ex illo suggesto doceas, teque mihi Scripturæ Professore magnifice jactes, si cum tuas tibi interpretationes objiciunt Junius, Castalio, Leo Judæ, Munsterus, Oecolampadius, fidemque veterum codicum, & Hebraici, Græcique sermonis appellant, tu illos ne intelligis quidem, petitionesque gravissimas ignorantia confessione declinas? Tute tibi habe veteres illas de terrestri Paradiso, de Turre Nembrothii, de Henoch & Elia, de Melchisedeche, de Jobo disputationes, quæ tametsi pulchritudinis, & jucunditatis plurimum habent, tam multis tamen libris expositæ sunt, profligatæ, & ad exitum prorsus adductæ, ut jam supervacaneum sit ad eas recoquendas magistros arcessere, & miseram juventutem fatigare. Licuit in summo Ecclesiæ otio per hæc inter nos velut ensibus præpilatis ludere; nunc vero ingruentibus undique Romani nominis hostibus, & alia super alia bella serentibus, in aciem prodire oportet, iisque armis configere, quæ ipsi potissimum pertimescunt. Atque ego ut inter Academicos hæcenus disputavi. Quid si jam monere incipiam? quid si leges Ecclesiæ proferam, quibus resistere nefas sit? Annon enim Concilium Viennense tercentorum Episcoporum, & Pontificis maximi præsentia ferendum gravissimo decreto

fancivit; ut Hebraicis, ut Chaldaicis, ut Arabicis, ut Græcis litteris in quavis locus esset Catholicæ ditionis provincia? Nonne id ipsum Gregorius XIII. earum linguarum magistris, & typographis Romam accitis, illustri ad imitandum exemplo confirmavit? Quid Paulus V, quid reliqui subinde Pontifices? nonne studia hæc magno favore, ac benevolentia profecuti, ad Monachos ipsos traducere conati sunt, iisque privilegiis ornare, quæ vel ignavissimos excitarent? Græcis, credo, fabulis, aut antiquitatis ambitione ducebantur. Quid enim est reliquum parere nolentibus, ut dicant? Modestius agunt, tempora accusant: Græcos, & Hebraicos codices tum ipsa vetustate exesos, tum etiam multorum audacia corruptos esse: huc ipsos Tridentini Concilii Patres spectavisse, cum vulgatam unanimi consensu probarunt: & unam ex omnibus sacrorum Bibliorum editionem Christianis hominibus commendarunt: Non tantum mihi a vobis conceditur otii, ut veteri calumniæ, sæpiusque retusæ hodierna luce respondeam: id unum dicam, quod ubi opus fuerit, gravissimorum scriptorum suffragiis confirmare possum, *Vulgatam* EDITIONEM NON GRÆCÆ, AUT HEBRAICÆ, sed reliquis latinis, quarum magna copia & varietas in dies exibat, necessario illo Tridentinorum Patrum decreto *prepositam fuisse*. Multa quidem commoda, ac prope innumera in Christianam Eccle.

Ecclesiam ad fidei morumque leges componendas per Synodum Tridentinam redundarunt, sed nihil tam grave accepimus, nihilque tam utile, quam quod ex omnibus Latinis Sacrarum Scripturarum interpretationibus una illa probata est, quæ ceterarum optima ac fidelissima, nutantia multorum ingenia tanquam Clavo firmaret, certisque regionibus circumscriberet. Neque tamen ideo Hebraicis, aut Græcis codicibus, unde Latini omnes, ceterique manarunt, quippiam auctoritatis detractum est: stat adhuc eorum fides firmissimis præsiidiis fulta, licetque in rebus dubiis ad prima illa verbi divini exempla non modo sine crimine, verum etiam cum laude provocare. Haud equidem nego, *mutila* quædam in illis esse, nonnulla vero etiam *mendosa*; sed & menda ipsa verendæ antiquitatis indicia sunt; & partibus insunt minime necessariis; & in Vulgatam quoque librariorum incuria, si minuta quælibet animadvertimus, irreperunt. Nihil novi affero, nihil quod summi *Vulgatæ* patroni, si serio, & ex animo agant, negari possint. Sed vereor, Auditores, ne quemadmodum qui dignitates in Repub. obtinere non possunt, privatum otium laudare solent, omnemque rei gerendæ rationem conquisitis difficultatibus improbare; ita qui Græca, & Hebraica studia sive animi infirmitate, sive inertia defugiunt, eorum laudem malignius imminuant, tantumque Latinis concedant,

cedant, ut modum fidemque superet. Hunc porro desidia morbum tum demum mihi videor depellere posse, si pauca quaedam de Hebraica lingua dixerō, ejusque naturam & rationem minus multo implicatam, quam timidi homines sibi confingunt, patefecero. Nam Græca quidem multis jam locis reflorescens non indiget opera nostra. Agite dum qui Hebræorum pronuntiatione perterrefacti ab hoc litterarum genere tantopere abhorretis; quid est, si primos Grammaticæ labores superaveritis quod studia vestra retardare possit? Num copia, num varietas, num inconstantia? Nihil sane hujusmodi esse potest in lingua illa, quæ multis ab hinc sæculis oblitterata, in uno tantum Sacrarum Scripturarum codice, grandi quidem, ac splendide scripto, sed tamen uno, superstes est. Nisi forte Talmudica commentaria neque rebus, neque verbis pura recipimus, & multiplicem illam loquendi sartagine ad Hebraicum sermonem revocandam existimamus. Fingite vobis animo unum ex omnibus Latinis Scriptoribus Ciceronem, ex omnibus Græcis Demosthenem unum superesse; jam intelligitis, quam in angustum copiosissimæ ceteroquin linguæ compingantur; vocum numerus statim exiguus, dialectus una, forma constructionis non admodum varia. Nihil est enim aliud, quod Græcas Latinasque litteras adeo in immensum propagaverit, ut multos stu-

dios

diolis hominibus annos eripiant, quam ingens Scriptorum multitudo, qui pro ingenio quisque suo, pro patriæ, pro ætatis, pro rerum tractandarum natura verba dictionesque formarunt, multisque ex omni lingua detortis, infinitos labores discentibus ac docentibus proposuerunt. Adde, quod Hebraicus sermo ceterorum antiquissimus, & mundo æqualis, nullam litteram aliunde mutuatur, nihil in se barbari, nihil externi admixtum habet, sed ubique suus, sibi que similis, quod nulli præterea contingit, in modico illo Sacerorum Bibliorum ambitu planissime, & expeditissime incedit. Quamobrem paucis mensibus, ut inquit Erpenius, & quidem duobus, aut tribus, ut Amama, tantum ex illo percipi potest, quantum est ad intelligendum satis; anno vero, & eo citius ita totus memoria, scientiaque comprehenditur, ut jam difficultas super sit omnino nulla. Non desunt, qui mense brevioris diem satis esse affirmant; quorum ego sententiam neque probare ausim, neque rejicere: sed nulla certe veterum linguarum est, quæ paucioribus verbis constet, nulla quæ tam paucis plura significet. Nihil hic vastum, nihil redundans, nihil effluens, nulla neque μακρολογία, neque βαρπλογία; sed pressa omnia, tantaque brevitate castigata, ut una sæpe vocula, atque adeo syllaba una sententiam absolutissimam complectatur: unde est illud doctissimi

Possevini in Bibliotheca selecta, tot esse in  
 Hebraica Scriptura sacramenta, quot litteræ;  
 tot mysteria, quot puncta; tot arcana, quot  
 apices. Quæ cum ita sint, per mihi mirum  
 videri solet, esse homines cetera non insipi-  
 entes, qui quidquid Hebraicum vident, aut  
 audiunt, statim explodant, nobisque etiam  
 molestiam afferant, quod vulgatis interpreta-  
 tionibus contenti non simus. Quod si ve dif-  
 ficultatem timent, si ve præstantiam non a-  
 gnoscunt, quæro ego ab illis, cur ea saltem  
 cura non moveantur, quæ humani ingenii  
 propria est, cognoscendi remota, si quo præ-  
 fertim insigni facto ad Religionem pertine-  
 ant. Ergo difficillima, & infesta itinera  
 fuscipient, ut illustrium virorum monumenta  
 videant, easque regiones obeant, quas illi  
 præsentia sua, rebusque mirabiliter gestis no-  
 bilitarunt; quæ vero longe pulcherrima cu-  
 riositas est, ejus linguæ cognoscendæ, quam  
 primi hominum parentes divinitus hauserunt;  
 qua ipsi inter se, & cum suo conditore locu-  
 ti sunt; qua rebus omnibus dedere nomina;  
 qua se Deus ipse יהוה nuncupavit; qua An-  
 gelos interdum usos, qua Prophetas scripsisse  
 accepimus; quæ omnium linguarum prin-  
 ceptis ac mater, vestigia sui ubique impressit;  
 hac, inquam, tam honesta, tam splendida,  
 tam homine digna curiositate nihil omnino  
 commovebuntur? Sed videant alii pro suo  
 ingenio, gloriæque cupiditate, quem sibi ani-  
 mum

mum suscipiendum putent. Ego sic intelli-  
 go, cum tanta sit ad sacras litteras profiten-  
 das veterum linguarum necessitas, cum He-  
 braicæ præsertim tanta facilitas sit, pulchritu-  
 do, dignitas, sanctimonia, etsi omnes omni-  
 um, qui nos quotidie circumstant, auctori-  
 tates repugnarent, nihilo tamen minus ad  
 hanc præclarissimam laudem contendendum  
 esse. Nunc vero cum re, & ratione expres-  
 sa veritas, ipsius insuper Ecclesiæ legibus,  
 multarum Academiarum usu, & quod maximi  
 apud me debet esse ponderis, nutu, & ad-  
 murmuratione vestra confirmetur, quid est  
 præterea quod dubitemus? Ac ne id quidem  
 omittere debeo, ita esse in more institutoque  
 loci hujus, ubi me superi Litterarum custo-  
 dem, ac vindicem collocarunt. Quod leve  
 fortasse alicui videbitur: at ego quidquid re-  
 perio ab eximio illo, atque immortalis studio-  
 rum nostrorum Auctore, quem honoris, at-  
 que adeo pietatis causa nomino, GREGO-  
 RIO Cardinali BARBADICO constitutum,  
 ita accipio, quemadmodum divina debent.  
 Quoties enim singula reputo, quæ vel ipse a se  
 invenit, vel ab aliis inventa huc adduxit, ar-  
 tium, linguarum, ac disciplinarum genera tan-  
 to consilio distributa, tot præsiidiis munita,  
 tam multis exercitationibus a vana specie, in  
 quam fere degenerant, ad rem & veritatem  
 revocata, videtur ille mihi non humano con-  
 silio usus, sed divina quadam virtute præditus

ea vidisse & fecisse, quæ posteri sine piaculo violare non possent. In quo etiam divina vis, ac providentia magis apparet, quod cum ille ad vitæ exitum vocatus, præclarissimarum rerum initia nondum satis firma reliquisset, hic nobis Princeps Eminentiss. veluti parens alter Superum beneficio concessus est, qui positus ab illo fundamentis mirificas moles excitaret, tantumque proveheret, ut ad majorem amplificationem nihil jam desit, nisi locus. Ergo cum ille in magna, attentissimaque rerum omnium cura nihil æque cogitarit, atque ut totius Orientis Linguas ad S. Scripturam illustrandam in Scholas nostras advocaret, Græcæque ac Latinae conjungeret; cum hic ejus vestigiis insistens, qui tamen prægredi ipse poterat, idem velit, idem curet, idem jubeat, quo me animo esse oporteat, existimate. Id extremo loco ab adolescentibus nostris vehementer peto, ut quoniam illorum gratia omnia dicuntur, ac fiunt, in eo libenter laborent, quod nos certis, probatisque de causis optimum ducimus, ea insuper cogitatione præstantibus ingeniis digna, ut ornamenta sibi comparent, quæ paucis communia sint.

GERHARDI OUTHOVII

de voce כַּרַח Ps. XXII: 17.

&

Sabbato ΔΕΥΤΕΡΟΠΡΩΤΩ ad Luc. VI: 1.

Observationes,  
subjectae iudicio

Celeberrimi Viri

OTHONIS VERBRUGGE,

Theologiae & Lingg. Orientalium Pro-  
fessoris in Academia Groningana.

ARGUMENTUM.

Altingii de voce כַּרַח sententia proponitur & illu-  
stratur §. 1. ut & Ziegleri §. 2. Nova proponitur  
conjectura; Esse sc. nomen verbale a verbis quies-  
centibus tertia radicali ה. §. 3. Inseto tantum &  
Epenthético. §. 4. Et sic vertenda verba Psalmi:  
*Cinxerunt me PERFOSSUM manibus & pedibus.*  
§. 5. Simili ratione interpretanda vox כַּרַח in lo-  
co Es. XXXVIII: 13. §. 6. Transitur ad Sabbatum  
Δευτεροπρωτων Luc. VI: 1. §. 7. Varias variorum  
de eo sunt sententiae §. 8. Quae sit Scaligeri §. 9.  
Nova sententia proponitur. Sc. esse Sabbatum in-  
cidens secundo die primae hebdomadis post obla-  
tionem manipuli §. 10. Sabbatum notat totam  
hebdomada. §. 11. Μια Σαββατων. Μια sicut. ev  
notat primum. Idque etiam scriptoribus profanis

in usu est. §. 12. Locus I Cor. XVI: 2. §. 13. Lex Lev. XXIII: 15, 16. de manipulis offerendis illustratur §. 14. Hinc ostenditur quid sit Sabbatum Δευτερονωνιον §. 15. Exhibentur septem septimanae, quae a paschate ad Pentecosten effluxere & historia, quam Lucas narrat, illustratur §. 16, 17, 18.

§. I.

**V**ariæ dantur de voce כָּאֵרִי in Ps. XXII: 17. Lectiones & sententiae, quas omnes fere collegit (a) Augustus PFEIFFERUS in peculiari exercitatione annexa Dubiis Vexatis. Uti & Joh. FRISCHMUTH in dissert. de Messia manuum pedumque perforatione in ejus crucifixione. Et videri potest fusius de hac voce Jac. ALTINGIUS Heptados 7. dissert. 5. de integritate vocis כָּאֵרִי oper. tom. 5. pag. 214. &c. ubi Vir Cel. ostendit hanc vocem כָּאֵרִי non esse

(a) Adde his St. le MOINE in V. S. p. 535. sqq. Hotting. Thes. Phil. p. 19. sqq. S. KORTHOLTUM de Ed. script. c. 2. §. 2. §. 13--18. Wisf. in Symb. ex. 16. §. 39. Huetium Dem. Evang. pr. lX. c. 127. §. 1. C. Vitr. Obs. S. L. I. f. III. c. 2. & II: 9: 1--16. Mull. Jud. p. 757. Pfeiff. in dub. vex. c. III. l. 60. Br. Henr. Gebhardam in Vindiciis textus Ebr. contra Pezronum p. 25. sqq. Gussesium in lex. p. 402. Bobhartum in Hieroz. L. III. c. 6. S. Anania in Antib. Bibl. p. 460. Jac. Basnagium in diss. tertia, quae ejus epist. Chryostomi adjecta est, p. 184. L. Fr. L. Biermannum in diss. integra, quae sub praesidio P. Werenfelsii Basileae a. 1695. edita est. Ed. Pokockii notas Miscell. ad Portam Mosis p. 57--68. qui Altingii sententiae videtur praetulisse faciem. T. d. H.

esse corruptam, ut non tantum Bellarminus, alique Pontificiorum; sed & Joseph. Scaliger, *Epist.* 240. P. Galatinus, in *Arcan. Cathol. verit.* lib. 8. cap. 17. col. m. 417. alique judicarunt inter Reformatos, sed plurale masculinum participii praesentis sive Benoni in Kal a rad. כור, fodere, (b) unde כר, *corus*, mensura aridorum

D d 4 &

(b) Vel כרה. Notum enim verba quiescentia חר & לה media Vau & tertia be eadem manente significatione esse ex τῆς ἐνμεταβλητοῦς, quae Ebraei vocant מתחלופת, quod quam plurimis exemplis confirmari posset. Interea miror Gussesium sententiae Altingianae ea de causa refragatum esse, quod כרה habeat quidem fodiendi significatum, non perforandi, quasi haec inter se pugnarent, cum nemo possit fodere sine perforatione, neque perforatio fieri sine fossione. Ceterum haec litterarum radicalium כר significatio, qua cavare, effodere, notant, in multis etiam exoticis vocibus superat.

Arabibus est fodere, سور effossio terrae, כרות fodina, כריא, Chaldaeis est fossa. מכרה, fodina. כרייה idem est, quod חפירה fossio in Bava Kama cap. V. §. 6. Convenit Lat. Cavare praecipue cum Arabico سور, Cavvar, quod notat basta confodere, & Graecorum Χαεεξξ, fossa, terrae sulcus, Χαεεξξόω excavo, Χαεεξξω, fodio, sculpo, unde Χαεεακτρη, signum insculptum, & Charassare, sculpera, excavare, quae vox medio aevō notione scribendi valde usitata fuit. Praesertim invenio vasa atque utensilia cava, recipiendis rebus idonea, hinc nomen suum traxisse. Sic כור Rabbini est vas aeneum, sicut Chaldaeis כורת est alveus, *arca*, *capsa*,

& etiam liquidorum, ab excavando dicta: uti & כור, *catinus*, vas ad liquandum metalla, ubi itidem cavitas venit observanda: & tandem plurale כרים, *patres*, qui sunt quasi putei, unde eff. diuntur posterii. Quod nomen כרים, *patres* bis scribitur absque ם, ut 2 Reg. 11: 4. ubi לכרי, *ad patres* seu *primores*, & vs. 19. הכרי *primores*. Eodem modo hoc participium כארי, *fodientes*, defectivis ם plur. adscribit, pro כארים, uti & in *Fundamentis punct. Ling. Sancta* §. 71. pag. 127. & 128. ostendit, terminationem pluralem masculinum ם interdum habere Chirek Longum defectivè scriptum, interdum carere litera Mem: quod exemplis non paucis ex Sacra Scriptura allatis satis superque probat, ut עמי, pro עמים, *populi*, Threnor. 3: 14. חצי pro חצים 1 Sam. 20: 38. coll. cum vs. 36. quod Munsterus quoque ad hunc locum observat. Sic Gen. 40: 16. שלשה חרי על ראשי, *tria canistra alba, vel perforata, supra caput meum*. Ubi חרי pro חרים. Sic

*capsa, alvearium, & Syris כסין alveare, & amphora frumentaria, & سوارة alveare apum.* כור Ebraeis est *catinus*, in quo aurifex argentum fundit, sive *fornax*, Hispanis *Horno*. *Charrus* est *mensurae species* Anglis. Κορυμβος Graecis *vas ligneum*. *Cortina* Latinis *tripus*. Arabibus كوير uter vel *culeus*, in quo cibus vel frumentum reconditum est. Et anne ad hanc radicem Corbis, Korb / Gruben / Graben referenda dispiciant alii. T. d. H.

Sic רעי pro רעים *Esa.* 38:12. sic משל הקדמני, pro הקדמנים, *proverbium antiquorum*, *1 Sam.* 24:14. sic פלילי עין *iniquitas judicum*, *Job.* 31:28. pro פלילים, ut *vs.* 11. habetur, plura de charta in papyrus exscribere non lubet, videantur alia apud Altingium in lib. allegat. uti & apud Jo. Andr. Danzium in suo *Literatore Ebreo Chaldaeo cap.* 8. §. 57. pag. m. 498. ubi illa exempla explicat per Apocopen in fine refecantem: & hinc R. David Kimchi dicebat יש שיכואו בחירק כמו שיכואו עם המם sunt pluralia, quæ usurpantur cum solo Chirek, uti sunt, quæ usurpantur cum mem superaddito: adducens etiam exemplum *2 Sam.* 23:8. ubi ראש השלישי pro השלישי, princeps vel primarius tribunorum, vel dux summus primi agminis, uti Guil. Robertson quoque observat in *Lexico p.* 1212. Et annotarunt Sixtinus Amama, in *anomal. Special.* pag. m. 20, 67. &c. pluresque alii viri docti hanc apocopen, quam cum mihi coram negaverit Vir Cel. OTHO VERBRUGGE, ipsi incumbit probandum, omnia illa nomina in locis jam allegatis, & quæ adhuc ab Altingio allegantur, esse singularis numeri cum jod paragogico, quod ipsi arduum erit demonstrare, intellexi tamen ex ipsius ore, nulla dari talia pluralia defectiva, quæ alia Altingius, Munsterus, Sixt. Amama, Danzius, Robertson, David Kimchi, aliique Grammaticæ periti statuerunt.

§. 2. Et cum sic כארי dicitur pro בארים, sic porro (א) hic secundum quosdam inferitur per Epenthesis, secundum alios remansit ex matribus lectionis אי, ut Glassius allegat *Phil. S. tr. 1. lib. 1. pag. m. 130.* at secundum Altingium accidit istud ex consuetudine linguæ Aramææ, ubi media (ו) in Benoni Kal transit in א; quod movetur, & manet ubique apud Danielelem, & quidem juxta vicissitudinem literarum י א, quemadmodum idem factum videre est *Hof. 10: 14.* in וקאם, a קום, & in וראמה, a רום *Zach. 14: 10.* & sic quoque in nostra voce כארי, a כור, in participio Benoni regulariter כרים, per apocopen כרי, & per א loco ו, כארי, fodientes, uti & Jo. Andr. Danzius scriptum judicat ad differentiam כרי, primores, *2 Reg. 11: 19.* & uti Bernhardus Zieglerus, Professor Theol. ac Ling. Hebr. in Academia Lipsiensi, qui tamen ut כרו, foderunt, explicat, quoque scriptum dicebat, ut non tantum mors crucis indicaretur, sed & ipssimus annus, quando Sospitator noster crucifigendus esset, præfiniretur, videlicet ab ista prophetia post 1230. annos, quos supputatio vocis כארי sic efficit:

כ	-	-	-	20
א	-	-	-	1000
ר	-	-	-	200
י	-	-	-	10
				1230

Verum

Verum an præcisè tot anni a scripto Psalmo vigesimo secundo ad Christi passionem præterlapsi sint, non in me suscipio defendere; videantur Ziegleri verba apud Forsterum in *dictionar. hebr.* p. 393. & apud Glassium loc. allegat.

§. 3. Hanc igitur Altingii sententiam de hac voce כָּאֲרִי semper, (c) inter variantes doctorum sententias, ut potiore amplexus sum, & adhuc nondum desero; sed placet Lectori jam aliam proponere, quam, an aliquis unquam protulerit, ignoro. Nempe uti dantur nomina verbalia cum Kametz & Chirek a verbis quiescentibus tertia radicali ה, ut עָנִי, *afflictus, debilis, inops, debilitatus*, Prov. 31:9. Esa. 54:11. & alibi, אָעִנָּה, *dixit, respondit, afflixit, humiliavit, &c.*

Sic צָלִי *assatum, assum*, Exod. 12:8. *Come- dent carnem* אָצִלִי *assam igne*, a rad. צָלָה *as- sare, a ignem torrere*. 1 Sam. 2:15. Esa. 44:16. ubi צָלָה צָלִי Belgæ nostri vertunt, *by braadt een gebraadt*.

Sic etiam קָלִי *toftus, frixus, torrefactus*, bel- gicè *gerooft*, 2 Sam. 17:28. ubi dicitur de Le- gumini-

(c) Hanc meo quoque palatui præ aliis arrisisse de- claravi Cl. I. p. 238. Sed nunc parum abest, quin hanc Cl. Outhovii ceteris omnibus præferam, qui scio, quod alias docebo uberius, inter epitheta Messiae frequentissime illud esse, quo PERFOSSUS vocatur. Unicum, quod aliquem morari possit, est versio לֹוֹ לֶחֶם, quam & fecutus est D. Johan- nes, qui verterunt ὠρεξων. T. d. H.

guminibus & spicis. Unde & קלי fruges toste, Gr ἀλφιτον, Belgis, geroost Koorn. Ruth. 2:14. aliis etiam far tostum, a rad. קלה torrere, torrefacere, videantur de hac voce plura in Commentariis meis in Librum Ruth pag. 423. &c.

Sic porro נקי purus, innocens, insons, non reus, non obligatus, belgice onschuldig, Gen. 44: 10. Exod. 21: 28. etiam vry 1 Reg. 15: 22. uti & rein, Gen. 24: 41. a rad. נקה, mundum, purum, innocentem esse. Gen. 24: 8, 41.

Sic & שני, duplicatus, bis tinctus, unde coccineum, dibaphon, Belgis Scharlaken. 2 Sam. 1: 24. uti & שני תולעת coccinum dibaphon, Exod. 25: 4. vel ut Schindlerus vertit, vermiculum coccini, & plur. שנים coccina bis tincta, in Lexico Pentaglotto, a rad. שנה, iteravit, secundo aut denuo fecit, alteratus, repetitus, geminatus fuit, etiam variavit; unde שנה annus, ita dictus ab iteratione, & quod varias mutationes & vi-ces habeat sæpiusque iteretur, redeunte sole ad punctum unde digredi cœperat.

§. 4. Sic jam eodem modo regulariter dicitur כרי, perfossus, transfixus, fossus, effossus, a rad. כרה, fodit, effodit, perfodit. Jam nulla alia irregularitas ineunda est, nisi ut tantummodo addatur vel inseratur & Epentheticum mobile, & statim habemus, ut in textu extat, כרי i. e. perfossus; ita enim & Epentheticum sæpissime inseritur, & non semper quiescens vel otiosum est, & in המלכים, reges, 2 Sam, 1: 1. & in aliis exemplis ab Altingio alla-

allatis, in *Fund. Punct. L. S.* §. 150. sed & aliquando etiam movetur, ut in voce וְרָאָה וְשׁוֹרֵץ exaltabitur, *Zach.* 14: 10. Quam vocem Jo. Andr. Danzius huc quoque allegat in *Literat. Ebr. Chald. cap. 8.* §. 52. pag. 467. Qui ad hanc Epenthesein quoque refert וְקָא וְשׁוֹרֵץ surget, *Hos.* 10: 14. uti & וְשׁוֹרֵץ, depauperatur, *Prov.* 10: 4. pro וְשׁוֹרֵץ, sicuti ad hunc locum quoque observat Geierus in commentariis suis; adde וְשׁוֹרֵץ, *excelsa*, *Job.* 28: 18. וְשׁוֹרֵץ pro וְשׁוֹרֵץ, depopulantes, *Ezech.* 28: 24. uti & sic א pro stheticum aliquando quiescens est, ut in וְשׁוֹרֵץ & וְשׁוֹרֵץ *Jer.* 40: 1, 4. aliquando movetur, ut in וְשׁוֹרֵץ, explorantes, pro וְשׁוֹרֵץ, *Num.* 21: 1. coll. cum *Num.* 14: 6.

§. 5. Si jam secundum hanc interpretationem sensum verborum Psalmistæ accipiamus, planissimus erit, nempe, circumdederunt me, dicit Messias, canes, congregatio malignantium, vel maleficorum cætus, circumcinxerunt vel circumvenerunt me, jam cruci affixum, & sic וְשׁוֹרֵץ וְשׁוֹרֵץ perfossam manibus meis & pedibus meis; uti sic legitur וְשׁוֹרֵץ נָקִי כַפַּי, innocens manibus, *Psal.* 4: 4. & Belgice sic vertere possem, eene vergaderinge van boosdoenders heeft my omgeeven, doorboordt zynde aan myne handen, en aan myne voeten. Vel sic potius potest accipi, circumvenerunt me, perfossam manus meas, & pedes meos, id est, quoad manus meas & pedes meos. Quod enim Latini restringunt per quoad, qua, quatenus, apud Hebræos, Arabes &

& Græcos sæpe nude ponitur in accusativo, uti Jo. Andr. Danzius in suo interprete Ebræo Chaldaeo cap. 5. §. 23 1. demonstrat, ac exemplis probat, ex. gr. *Esa.* 1: 30. תהיו כאלה נובלת עליה, *eritis sicut quercus marcescens (quoad) folia sua.* Sic *Jer.* 41: 5. מלחי זקן וקרעי בנרים, *et lacerati (quoad) vestes.* Sic *Jud.* 1: 7. שבעים מלכים בהנות יריהם ירגליהם מקצצים, *septuaginta reges amputati (quoad) pollices manuum atque pedum eorum.* Sic Græci loquuntur, ut *Act.* 18: 3. ubi de Paulo & Aquila dicitur, ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην, ad verb. *erant enim confectores tentoriorum artem, i. e. quod ad artem attinet, ubi subauditur κατὰ, ante τέχνην.* Sic *Job.* 11: 44. καὶ ἐξήλθεν ὁ τεθνηκώς, δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρίαις, *et prodiit (Lazarus) qui mortuus fuerat ligatus manus et pedes fasciis.* Sic apud Homerum sæpius πόδας ὠκύς Ἀχιλλεύς, *pedes velox Achilles. iliad. α. vl. 57. & alibi.* Et sic apud Platonem in *Timeo* Ægyptius Sacerdos Soloni dicebat, *vos Græci νεοὶ ἐστὲ τὰς ψυχὰς πάντες.* Plura vide apud Danzium loc. allegat. & apud L. Bos de Ellipsi, præposit. κατὰ pag. 299.

§. 6. Et sic absque scrupulo possumus interpretari Locum *Esa.* 38: 13. qui alias quoque difficillimus, vel saltem non planus videbitur; ita enim sunt verba ægrotantis ac pipientis, gemiscentisque Regis Hiskijæ, שויתי עד בקר כארי כן ישבר כל עצמותי, quæ verba Vul-

Vulgatus, alique Latini interpretes, sic plerumque vertunt, *Sperabam usque ad mane, quasi Leo, sic contrivit omnia ossa mea.* Et quæ Cel. Coccejus ita breviter explicat, „ cum me „ composuissem, & perdurassem usque ad matutinum alterum, vel cum posui terminum „ vitæ meæ usque ad mane, ibi nulla fuit remissio, sed tanquam Leo, ita aliquis me la- „ niavit, & ipsa ossa confregit. Piscator illud *ישבר*, *franget*, ad Dominum refert, uti & Pellicanus, cum ita commentatur, „ Spes mihi erat diutius vivendi, & vix auroram vitæ confecisse putabam; & ecce sicut Leo „ subito me Deus corripit, & confringit omnia „ ossa mea, doloribus infestando corpus, ut „ uno me die absumpturus videatur morbus „ per naturam incurabilis, & vehementior, „ quam ut diutius sustinere queam, vel ad sequentem diem.

Verum enim vero, quis non videt, vocem *כארי*, si sicut Leo vertatur, hic admodum incongruam ac incommodam esse, seu enim verbum *ישבר*, *franget*, *confringet*, referamus ad Deum, vel etiam ad morbum regis, uti Interpretes Belgæ nostri quoque indicant, certè mihi semper incommoda fuit locutio, *confringere ossa sicut Leo*, uti Chaldæus interpres Jonathan quoque animadvertit, quare sic paraphrastice dicebat, *rugiebam usque ad me sicut Leo, qui rugit & confringit ossa animalis; sic confringuntur præ dolore omnia ossa mea.* At *כארי* ver-

vertatur *perfossus*, sensus mihi planissimus & clarissimus est, ac si rex diceret, *cogitabam, sperabam, vel supputabam, usque ad mane perfossus, ita confregit omnia ossa mea*: gravissimo enim morbo doloribusque vehementissimis confregerat ipsum Deus, idcirco ita doloribus perfossus gemebat Rex Hiskias. Sed perpendat Lector, & judicet, an hac interpretatione toto aberremus cœlo.

§.7. Pergo jam ad alterum Locum, nempe *Luc. VI: 1.* ubi dicitur *ἔγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων, &c. factum est autem ut Sabbato secundo primo transiret per sata, nempe Christus cum suis discipulis, qui, cum spicas vellebant, ac edebant, confricantes manibus, à Phariseis, qui muscas capiebant & crabrones dimittebant, traducebantur, quasi Sabbato facerent, quod non liceret, quodque grande piaculum ac morte piandum esset. Licet Pharisei domi frangerent panem, absque peccato, tamen Christi discipulis vitio vertitur, quod idem ferè in agro faciebant: Licet David cum suis comitibus ausus fuerit in famis discrimine vesci panibus propositionis, quibus alias solis sacerdotibus vesci fas erat: tamen hi Pharisei traducebant comites nostri veri Davidis, seu discipulos Christi, quod ad propellendam famem spicas evulserint, granaque ex illis in cibum confricaverint, & hoc quidem Sabbato, ut *Matthæus cap. 12: 1.* & *Marcus**

cap. 2: 23. annotant, vel σαββατω δευτεροπρωτω,  
*Sabbato secundo primo*, uti Lucas hic jam habet.

Quæritur igitur quid Lucas hoc nomine  
*Sabbati secundo primi* intelligi voluerit. Judi-  
 cat Vir. Cel. Verbrugge, in diff. de hoc Sabba-  
 to edita & defenſa a. 1718. (cujus tamen  
 prior tantum pars prodiit, alteram enim, in  
 qua ſententiam ſuam aperire & confirmare  
 promiſit Vir Cl. adhuc exſpectamus,) quid  
 iſto nomine veniat, illis temporibus cuius Ju-  
 dæo ſine dubio cognitum fuiſſe: *Sed deinceps,*  
 ait, *cum ea vox hoc uno Lucae in loco tantum, non*  
*vero apud alios ſcriptores reperiatur, vel ab erudi-*  
*tiſſimis fere ignoratum eſt.* Hoc tamen ſemper  
 vel ita generaliter non ſequitur, quoniam  
 plura ſunt, quæ tantum ſemel occurrunt, vel  
 uno in loco reperiuntur, de quibus tamen di-  
 ci non licet, aut debet quod idcirco ab eru-  
 diſſimis ignorentur.

ſ. 8. Et ſi doctorum tam veterum quam  
 novorum pervolvamus ſcripta, inveniemus  
 de hoc *Sabbato ſecundo primo* quot capita, tot  
 fere ſenſus: quare tempus non teram in re-  
 cenſendis ac exſcribendis virorum doctorum  
 ſententiis, neque anxie quæram aut ſollicitus  
 ero, an Sabbatum δευτεροπρωτων rectè intelle-  
 xerint inter priſcos Eccleſiæ doctores Epipha-  
 nius, Theophylactus & alii, neque recentio-  
 rum ſententias diſcrepantes, licet mihi non  
 placeant, virgulâ cenſoriâ feriam. Tantum-  
 modo Scaligeri allegabo ſententiam, meam-

que non multum, ab ipsius mente differentem opinionem Lectori benevolo ac æquo proponam.

Cui interim Libitum sit, scire quoque aliorum virorum sententias, legat Epiphanium *Hæres.* 30. & 51. Theophylactum *enarrat. in Luc. 6:1.* Aretium *in comment. ad Luc. 6:1.* ubi quoque variorum adfert explicationes. Walaëum *in comment. ad Luc. 6:1.* ubi Cloppenburgii & Capelli leguntur sententiæ. Sic porro Bezam, Drusium, Coccejum *in suis commentariis ad Luc. 6:1.* & *ad Matt. 12:1.* Sigonium *de rep. Hebræor. lib. 3. cap. 13.* Joh. Ligtfootum *in horis hebr. ad Matth. 12:1.* & *ad Luc. 6:1.* Oper. tom. 2. pag. 319. & 513. & *in Chron. tempor. pag. 19.* Dietericum *in Antiq. Bibl. ad Exod. 23:14, 15, pag. 181.* Othonem *in Lexico Rabbinico philologico pag. 531.* Relandum *in Antiq. Hebr. part. 4. cap. 8. §. 5.* Et Joh. Frischmuthi *de Sabbato δευτεροπρωτω* dissertat. (d) Ubi videbit haud exigua de hoc Sabbato secundo primo Doctorum sententiarum divortia.

§. 9. Quod ad Scaligeri sententiam attinet, eam optimè intelliget Lector ex ipsissimis Viri illustris verbis, a Cel. Verbrugge sic quoque ex *lib. 6. de Emendat. temp. p. 522.* allegatis,

(d) Adde his, quos magno numero exhibet Cel. J. A. FABRICIUS in *Bibl. Ant. C. X. §. 4.* & *diff. singulari* de hoc argumento Cl. Hermannii WITSII, T. d. H.

tis, Σάββατον δευτερόπρωτον illud est, quod proxime post solenne Paschatis sequitur. Nam  $\text{הַחֲמִישִׁית}$   $\text{הַשְּׁבִיעִית}$  h. e. ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχα Lex jubet septem hebdomadas putare. Itaque hebdomadas omnes & Sabbata omnia a Paschate ad Pentecosten sumunt appellationem suam ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχατος. Intervallum autem illud omne dierum, quod Græci πεντηκοστήν vocant, Judeis dicitur  $\text{מִנְיָן אֵלֶּיֶם}$  ἀριθμὸς τοῦ δράγματος numerus manipuli, quia ἀπὸ δευτέρας τοῦ πάσχατος Omer seu dragma primitivorum offerebatur. Prima igitur hebdomas, quæ putatur ab oblatione Omer dicitur ἑβδομας δευτερόπρωτος, & sic deinceps, ut habes in hoc indiculo:

Indiculus Sabbatorum Pentecostes.

Δευτερόπρωτον	XIX. Nisan.	XXXI. Martii.
Δευτεροδέυτερον	XXVI. Nisan.	VII. Aprilis.
Δευτερότριτον	III. Ijar.	XIV. Aprilis.
Δευτεροτέταρτον	X. Ijar.	XXI. Aprilis.
Δευτερόπεμπτον	XVII. Ijar.	XXVIII. Aprilis.
Δευτερόεκτον	XXIV. Ijar.	V. Maji.
Δευτεροἑβδόμων	II. Sivan.	XII. Maji.

Intellige autem τὴν πεντηκοστήν intervallum a Paschate ad Solemne Pentecostes, non autem ipsam Solemne Pentecostes. Eodem modo μία δευτερόπρωτος est feria solis prima, post festum Paschatis. Quare & Sabbatum δευτερόπρωτον est primum Sabbatum, quod proxime τὴν δευτέραν τοῦ πάσχα secutum est. Hebraicè ergo  $\text{הַשְּׁבִיעִית הַחֲמִישִׁית}$  hoc enim perinde

εἰς αὐτὸ σάββατον ἀπὸ τῆς δευτέρας πρώτον, ἀπὸ τῆς δευτέρας δεύτερον.

§. 10. Hanc Scaligeri sententiam non planè rejicio; aut approbo, neque ab ea in omnibus discedo, intelligo enim quoque per σάββατον δευτερόπρωτον illud Sabbatum, quod proximè post solemne Paschatis sequutum est, uti statim clarius patefcet. Sed intelligo per Sabbatum illud simul secundum diem primæ hebdomadis, qui tunc, cum Christus per fata transfret, quoque Sabbatum seu dies Sabbati erat, per consequens σάββατον δευτερόπρωτον, i. e. Sabbatum incidens secundo die primæ hebdomadis, post oblationem manipuli.

§. 11. Notandum enim est, quomodo vox hebræa שבת, Schabbat, alias dies septimus, per Synechdochen membri vel partis apud Judæos non raro notat totam hebdomadem, uti clarissimè patet ex *Levit. 23: 15.* ubi dicitur, *numerabitis vobis a crastino Sabbati, a die quo offeretis התנופה מער manipulum elevationis, septem שבתות חמית שבתא consummata erunt.* i. e. septem septimanæ plenæ, uti & οἱ ὄντι dicunt: ἑπτὰ ἑβδομάδας ὁλοκλήρους, i. e. septem septimanas integras. Sic Rabbini loquuntur in *Gem. Schabbath. 156. 1.* חר בשבתא, & in *Gem. Maccoth 5. 1.* חר בשבא, primus Sabbati, i. e. primus dies hebdomadis, notante Relando in *antiq. Hebræor. part. 4. cap. 8. §. 3.* Sic in חרגום, seu Paraphraste Chaldæo, ad מנלת אסתר, librum Estheris, cap. 2: 9. legitur, & placuit puel-

la, nempe Esther, in oculis ejus &c. Et jussit accerari unguentum dignitatis ejus, Et septem puellas ad ministrandum illi בשבתא ימי שבוע septem diebus Sabbati i. e. hebdomadis, Cholta ministrabat primo primâ feriâ, Rokeita secundâ feriâ, Genunitha tertiâ feriâ, Neboritha quartâ feriâ, Rochashita quinta feriâ, Churphita sextâ feriâ, Regoitba die Sabbati.

Sic in Novo Test. vox σαββατον, Sabbatum, ab hebræo שבתא dictum, quodque in singulari secundæ, in plurali tertiæ declinationis est, non tantum in singulari & in plurali numero de die septimo hebdomadis dicitur, sed & in utroque numero per eandem Synecdochen partis usurpatur pro tota hebdomade: uti patet ex Luc. 18: 12. ubi Phariseus dicit, νηστεύω δις τοῦ σαββάτου, jejuno bis in Sabbato, i. e. jejuno bis hebdomade.

§. 13. Et hinc primus dies septimanæ, qui Græcorum consuetudine dies Solis dicitur, vocatur primus Sabbati, uti Marc. 16: 9. ἀναστὰς δὲ πρῶτῃ πρώτῃ (ἡμέρᾳ) σαββάτου, quum autem resurrexisset (Jesus) primo (die) Sabbati, i. e. septimane. De Ellipsi enim vocis ἡμέρᾳ, quæ subaudienda est in πρώτῃ &c. prolixè agit Lamb. Bos de Ellips. pag. 57, 58. Sic εἰς μίαν σαββάτων, pro εἰς πρώτην ἡμέραν σαββάτων, in primum diem Sabbati, vel Septimane. Ubi porro notandum, quod cardinalis μίαν ponitur pro ordinali πρώτην, fortean per hebraismum, ut quidam judicant, quia Gen. 1: 5. dicitur יום

ἡμέρα, *dies unus*, uti & Græci interpretes ibi habent, ἡμέρα μία pro πρώτῃ, *dies primus*. Verum an idcirco dicendum sit, textum græcum N. Test. hic hebraizare, seu non purè Græcum esse, uti Vorstius de Hebraïsmis N. T. p. I. p. 35. Sc. & Joh. Leusden quoque in *Phil. Gr. dissert. 12. pag. 99.* aliique dixere, audacter nego; quia disertissimi Græcorum ita quoque loquuntur, sic apud Polybium pag. 1401. legitur ἐν τῇ μιᾷ καὶ εἰκοσῇ βίβλῳ in uno, i. e. in primo, & vicesimo libro. Ubi μιᾷ cum ordinali εἰκοσῇ conjungitur, ergo usurpatur pro πρώτῃ; *vigesimus primus* enim vulgo numeratur εἰκοσὸς πρώτος. Sic etiam cardinale neutrum ἐν, *unum*, ab Herodiano pro ordinali usurpatur lib. 4. cap. 11. §. 8. Ubi ait, ὑφ' ἐνὶ σημείῳ, *quum primum datum esset signum*. Sic porro apud Homerum legitur *Iliad. π. vs. 173.*

Τῆς μὲν ἰῆς στρατός ἦρχε Μενεσθιος ἀιολοδώρηξ,  
 Quæ verba vulgo vertuntur:

*Unius quidem ordinis duxerat Menesthius vario thorace ornatus.*

Quoniam ἴος, ἰα, ἴον, vulgo notat *unus, unus*: at vero hoc loco Homerus ἰῆς sumit pro ordinali πρώτης, & ἰῆς στρατός, vel, ut Scholiastes Græcus, qui Didymus creditur, habet, μιᾶς τάξεως, verti debet *primi ordinis, vel primæ classis*; recenset enim Poëta hic ordines exercitus, & uti

*Menesthius erat dux ἰῆς στρατός, primi ordinis.*  
 Sic

Sic Eudorus erat dux τῆς ἐτέρας σιχῶς, *secundi ordinis.*

Pisandrus dux τῆς τρίτης σιχῶς *tertii ordinis.*

Phoenix dux τῆς τετάρτης σιχῶς, *quarti ordinis.*

Aleimedon dux τῆς πέμπτης σιχῶς, *quinti ordinis.*

uti vs. 179, 193, 196, 197, videre est. Et omnes has σιχῆς, vel τάξεις, *classes*, ab Achille εὐκρίνας, *bene ordinatas* dicit vs. 199. Sed hæc ἐν παρόδῳ.

§. 13. Sic porro σαββαίον in plurali usurpatur pro *septimana*, 1 Cor. 16: 2. ubi dicitur, κατὰ μίαν σαββάτων, *primo quoque die Sabbati*, i. e. *Septimane*. Hinc Chrysofostomus homil. 85. in Job. ad cap. 20: 1. τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, *πυτέσι, τῇ κυριακῇ, primo die hebdomadis, id est, Dominico.* Et Theophylactus ad Marc. 16: 2. scribit, μίας τῶν σαββάτων, *πυτέσι, τῆς πρώτης τῶν τῆς ἐβδομάδος ἡμερῶν, σαββατα γὰρ τὰς τῆς ἐβδομάδος ἡμέρας ὠνόμαζον, μίαν δὲ, τὴν πρώτην: i. e. unius Sabbatorum, hoc est, prima ex diebus hebdomadis.* Sabbata enim dies hebdomade nominabant, *unam, aut primam.* Vide plura ad hanc rem allegata, tam ex Theophylacto, quam ex Theodoreto, Chrysofostomo, Oecumenio, ac Justino apud Suicerum in *Thesaurō Ecclesiast.* tom. 2. col. 916, 917. Et sic Eusebius Pamphili quoque dicebat in illud, ὅψε σαββάτων. Ἔθος γὰρ ἦν τὴν ὅλην ἐβδομάδα Σάββατον καλεῖν, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας σαββατον ὀνομάζειν, *consuetudo erat totam septimanam Sabbatum voca-*

re, & omnes dies Sabbatum appellare, uti sic hæc verba allegata leguntur in Glossario, ad Scriptores mediæ & infimæ Græcitas, Caroli du Fresne, col. m. 1314. Edit. Lugd. 1688. & in appendice ad Glossarium mediæ Latinitatis col. 204.

Huic jam fundamento nitens, verba Lucæ cap. 6: 1. sic accipio, ut σαββατων, Sabbatum, ibi sit tota hebdomas.

§. 14. Sed notandum jam porro est, Legislatorem dixisse *Levit. 23: 15. 16.* ut Israelitæ a die oblationis manipuli numerarent septem Sabbata, seu septem integras septimanas, vel quinquaginta dies usque ad crastinum septimi Sabbati, cum festum erat Pentecostes, vel Hebdomadum, quo novum munus Domino offerrent de messe. Manipulus primitialis offerri debuit ad supplicandum Deo, ut benediceret novis frugibus, & ut venia impetraretur ad falcem in segetes immittendam: at post peractam messem hordeaceam, post numeratas septem ab illa die oblationis manipuli hebdomadas, die quinquagesimâ, gr. πεντηκοστή, Hebr. **יום השבועות**, in gratiarum actionem offerebantur panes primitiales, *Levit. 23: 16, 17.*

Ad computationem ergo illarum hebdomadam, & temporis interlabentis, inter oblationem manipuli, & oblationem panum, non alio calculo utebantur, nisi ut per Sabbata numerarent, vel per septimanas, uti & per  
dies,

dies, ἀπὸ τῆς δευτέρας τῶν ἀζύμων, dicit Flavius Josephus, qui diem 16tum Nisan sic nuncupat, quo manipulus offerebatur, *antiq. Jud. lib. 3. cap. 10. pag. m. 93.* ubi ait, τῇ δὲ δευτέρῃ τῶν ἀζύμων ἡμέρῃ, ἕκτη δ' ἐστὶν αὐτῇ καὶ δεκάτῃ, τῶν καρπῶν οὓς ἐφέροσαν, οὐ γὰρ ἤψαντο πρῶτον αὐτῶν, μεταλαμβάνουσι, i. e. *secunda azymorum die, quæ est mensis hujus decima sexta, frugibus demessis, & hæcenus intactis, incipiunt frui.* Adde deinde, post Paschale sacrum elapsis septem septimanis, hoc est, quadraginta novem diebus, quinquagesima, quam a numero ἀσάρθῃ, asartha, Hebræi vocant, offerunt Deo panem e farina triticeæ duobus assaronibus cum fermento confectum, mactantque agnos duos. De voce ἀσάρθῃ, seu אַסַּרְתָּהּ i. e. Clausula, vide Relandi *Antiq. Hebræor. part. 4. cap. 4. §. 2.* Et de computatione illius temporis per dies mentio fit apud Rabbinos, ut in Libro Juchasin fol. 36.1. *mortui sunt plurimi sapientum discipuli quindecim diebus ante Pentecosten, hoc est, triginta tribus a manipulo.* Sic sub finem *Midrasch Samuelis* concluditur, *finitum est hoc opus die tricesimo tertio a manipulo,* notante Othone in *Lex. Rabb. p. 532.* Habebant præterea formulas numerandi, dictas אַסַּרְתָּהּ הַסְפִּירָה פַּסַּח, quibus singulis diebus in precibus vespertinis utebantur, numerantes ita diem illum, qui incipit, verbi causa, diem 40um, שְׁבוּעוֹת אַרְבַּעִים יוֹם שֶׁהֵם חֲמִשָּׁה שְׁבוּעוֹת אַרְבַּעִים יוֹם שֶׁהֵם חֲמִשָּׁה יָמִים בְּעוֹמֵר hebdomades & 5. dies elapsi sint post oblationem

manipuli. Uti Reland. annotat. in antiq. Hebr. part. 4. cap. 4. §. 3. Et uti computationem septimanarum & dierum a vespera incipiebant, ita ante computationem hanc gratiarum actionem efferebant, *benedictus esto tu o Domine Deus noster, qui nos sanctificasti praeceptis tuis, & praecepisti nobis dies numerare ab oblatione τῷ Homer primitiarum*, docente Maimonide de Sacrif. jug. cap. 7. §. 22, 25.

§. 15. Cum igitur istas septimanas vocabant Sabbata, & omnes illos dies, uti modo ex Eusebio notavi, quoque Sabbata appellabant, ego per σαββατον δευτερόπρωτον, apud Lucam, intelligerem secundum diem primi Sabbati, id est, primae septimanae, quam a die oblationis manipuli incipiebant numerare, qui dies cum secundus esset primi Sabbati, vel septimanae, rectè dicitur *dies secundo primus, vel Sabbatum secundo primum*. Maximè quoniam dies ille tunc, cum Christus per fata transiret, ipsissimus quoque *dies Sabbati*, vel ordinarium Sabbatum hebdomadale erat, quod Sabbatum tunc quoque dici poterat primum Sabbatum post secundum diem, seu post δευτέρον τῶν ἀζύμων, & per consequens etiam σαββατον δευτερόπρωτον, i. e. primum Sabbatum post secundam diem azymorum.

Et quod iste dies, cum Christus per fata ambularet, tunc Sabbatum ordinarium erat, docent nos Matthæus cap. 12: 1. & Marcus cap. 2: 23. dicentes, Jesum per fata ivisse

τοῖς σάββασι, *Sabbatis*, vel ἐν τοῖς σάββασι, in *Sabbatis*; ubi, per enallagen numeri, pluralis ponitur pro singulari, σαββάτω, *Sabbato*, uti *Matth.* 12: 2. habetur, confer etiam *Marc.* 2: 27, 28. Hinc Cel. Hombergius in *Parerg. Sacr.* ad *Marc.* 2: 23, dicit, σαββάτων ἢ σάββατου promiscue dicitur de *Sabbato*, id est, die septimo. Qualis enallage sæpius occurrit in Sacra Scriptura, & non infrequens est scriptoribus profanis. Sic *Luc.* 4: 16. venit Jesus ἐν ἡμέραι τῶν σαββάτων, die *Sabbatorum*, pro τοῦ σαββάτου, *Sabbati*. Sic *Act.* 13: 14. & 16: 13. Huc pertinet *Marc.* 5: 30. ubi ἱμάτια, *vestimenta* pro ἱμάτιον, *vestimentum*, uti vs. 27. videatur Glasius de hac re in *Philolog. Sacr.* lib. 3. tr. 1. *Can.* 26. Et exemplum pluralis pro singulari vide quoque apud Callimachum, *Hymno in Jovem* vs. 15. Hinc & Horatius lib. 1. *Sat.* 9. vs. 69. τὴν τριαντάδα sive ἰερομηνίαν vocat *tricesima Sabbata*, uti Suicerus notat in *Thesauro Eccles.* tom. 2. col. 916. Videatur quoque Lambinus ad hunc locum Horatii.

§. 16. Sed ut clarius pateat quod de hoc σαββάτω δευτεροπρώτῳ dixi, lubet hoc sequens schema computationis hic Lectori ante oculos delineare, & septem plena Sabbata seu septimanas integras ita computare, præsupponens, quod

Tunc temporis *Pascha*, (Hebr. פסח, Chald. פסח, Gr. πασχαλῆα vel ὑπερλασία, semper ex instituto Dei incidens in diem 14tum mensis

sis

sis נִסָּן Nisan, *Levit.* 23: 5. & *Num.* 28: 16.)  
 erat die Mercurii, quo Paschalis mactabatur  
 agnus.

Die sequenti Jovis, 15to Nisan, erat אֲחֻזַּת הַמַּצוֹת,  
 ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, vel ἀζυμοφαγιῶν, *festum azymorum*,  
 vel dies, quando cum agno paschali,  
 priori die inter duas vespervas mactato, panes  
 azymos seu infermentatos, comedere inci-  
 piebant, qui dies καὶ ἐξοχὴν quoque אֲחֻזַּת *festum*  
 appellatur, *Levit.* 23: 6. *Exod.* 12: 18. & *Num.*  
 28: 17. ubi dicitur, Ἐκ *quintadecima die erit אֲחֻזַּת*,  
*festum*, vel *solemnitas*, *septem diebus vescentur azy-*  
*mis.* Ergo erat πρώτη τῶν ἀζύμων.

Die Veneris, 16to Nisan, seu δευτέρα τῶν ἀζύμων,  
 secunda die azymorum, erat πανήγυρις ἐν τῷ  
 δράγματι, ut cum Philone loquimur, hebr.  
 אֲחֻזַּת יוֹם, *dies agitationis* scil. *manipuli*, seu *dies*  
*oblationis*, 105 *Homer primitiarum*, etiam יוֹם קציר  
*dies messis* nempe יוֹם הַשְּׁעָרִים *hordeorum*; quando  
 יוֹם קציר *manipulum hordei*, seu יוֹם קציר *primitias*  
*messis*, hordeaceæ ad sacerdotem affere-  
 bant, qui agitabat manipulum istum coram  
 Domino. *Levit.* 23: 9, 10, 11. Ab hoc die in-  
 cipiebant jam numerationem septem Sabba-  
 torum vel septimanarum; ergo hic dies erat  
 πρωτοπρωτος, *primoprimus*, i. e. *primus dies* πρω-  
 του σαββάτου, *primi Sabbati*, seu *primæ septi-*  
*manæ.*

Die Saturni, seu Sabbati 17mo Nisan, ibat  
 Christus cum suis discipulis per fata, qui dies  
 erat τρίτη τῶν ἀζύμων, & simul dies δευτεροπρωτος,  
 secun-

secundo primus, i. e. secundus dies primæ septimanæ: imo etiam erat σαββατον δευτερό-  
 πρωτον, non tantum quia omnes septem dies  
 septimanæ nomine σαββάτου, Sabbati, expri-  
 muntur; verum etiam quia hic dies jam σαβ-  
 βάτου, Sabbatum ordinarium erat, ergo σαββα-  
 τον δευτερόπρωτον, i. e. Sabbatum incidens se-  
 cundo die primæ septimanæ, & primum  
 quoque Sabbatum hebdomadale post δευτέρον  
 των αζύμων.

§. 17. Et hoc die Christus per fata transi-  
 ens traducebatur a Phariseis, quod discipuli  
 ejus eo die spicas vellerent, quod illicitum  
 judicabant, quia, ut Ligtfootus ex Talmud.  
 Scabb. par. 7. & Maimon. Shabb. par. 7. 8. osten-  
 dit, per constitutionem Rabbiorum Sabba-  
 to prohibitum erat, vellere spicas; ita enim  
 dicebant, qui Sabbato frumentum metit, ad quan-  
 titatem ficus, reus est. Qui vellit & qui metit,  
 perinde rei sunt: qui quicquam evellit, quod nasci-  
 tur, reus est perinde ac si meteret. Ligtfooti ordo  
 textuum Sect. 25. oper. tom. 2. pag. 19. Judica-  
 bant Rabbini spicarum avulsionem ejusdem  
 rationis cum messione, idcirco quia metere  
 Sabbato illicitum erat, ita etiam spicas velle-  
 re; quia, ut Maimon dicit Schabbat cap. 8.  
 Metens Sabbato vel tantillum reus est, וחולש תולרות  
 קוצר & vellere spicas est species messionis, notan-  
 te Othone in Lexico Rabbifico pag. 525. imo ne  
 folium quidem aut fructum decerpere ab ar-  
 bore fas erat die Sabbati, dicit Philo Judæus  
 de

de vita Mosis lib. 2. pag. m. 896. οὐ γὰρ ἔρνθ' οὐ  
 κλάδον, ἀλλ' οὐδὲ πέταλον ἐφέτιμ τεμῆν ἢ καρπὸν  
 ὄντινα οὐν δρέψασθαι, i. e. nec ramum enim nec  
 frondem nec folium demere fas est, nec ullum quidem  
 decerpere fructum. Ex hac ergo superstitiosa con-  
 stitutione carpebant Pharisei Christi discipulos  
 vellentes spicas Sabbato. At si Sabbatum hoc  
 ante diem 16tum Nisan seu ante diem oblatio-  
 nis 10ῦ Homer primitiarum fuisset, Pharisei non  
 dixissent, *discipuli tui faciunt, quod non licet ἐν τοῖς  
 σάββασι, Sabbato, uti Matth. 12: 1. & Marc. 2: 23.*  
 legitur; sed dixissent, *faciunt, quod omnino non li-  
 cet, sive Sabbato sive alio die, uti Reland quoque  
 rectè observat antiq. Hebr. part. 4. cap. 8. §. 4.*  
 quia die 16to Nisan offerri solebat manipulus,  
 ante quod tempus metere, aut evellere spi-  
 cas, quod species messis erat, omnino illicitum  
 erat secundum Judæorum iudicium, quoniam  
 lege divina prohibitum erat ante oblationem  
 manipuli edere לחם וקלי ורמל panem,  
 vel tostum vel spicas virentes, belgicè groe-  
 ne ayren, Levit. 23: 14. imo ante manipuli agi-  
 tationem & oblationem solennem, quam Re-  
 landus describit, falx in segetem quinque rerum  
 tritici, hordei, speltæ, avenæ & secalis im-  
 mitti non debebat, dicunt Judæorum חמץ,  
 & qui vel ad quantitatem olivæ de his ali-  
 quid edebat, flagellari dignus erat. Videan-  
 tur, Seldenus de Synedr. lib. 2. pag. 340. Mai-  
 mon. de Sacrif. Jug. cap. 7. §. 13, 17. & Reland  
 antiq. Hebr. part. 4. cap. 3. §. 8.

Ergo

Ergo contra hanc legem non peccabant discipuli Christi, quoniam die 17mo evellebant ac comedebant spicas, per consequens post oblationem manipuli, quæ præcedente die 16to jam peracta erat. Tantummodo ergo ex iudicio Pharisaeorum peccabant, quod die Sabbati, qui tunc incidebat, spicas evellebant, fricabant ac comedebant, quod factum Christus idcirco contra Pharisaeorum glossas ex ipsa lege naturæ, factoque Davidis defendit, quoniam esurienti etiam Sabbato edere licet, multo magis quam Judæis licitum est Sabbato indulgere genio, uti Reland ostendit, *antiq. Hebr. part. 4. cap. 8. §. 10.*

§. 18. Sed videamus jam, quomodo hæc septem Sabbata plena, seu septimanæ integræ, uti & dies 49. numerandi erant.

*Primum Sabbatum.*

1mus dies, seu dies manipuli 16to Nisan, unde computatio fiebat, erat dies *πρωτόπρωτος*, i. e. primus dies primi Sabbati, seu primæ septimanæ.

2dus dies *δευτερόπρωτος*, secundo primus i. e. dies secundus primæ septimanæ, qui jam Sabbatum erat, ergo *σάββατον δευτερόπρωτον*, i. e. *Sabbatum secundo die primæ septimanæ*, 17mo Nisan.

3tius dies, *τρίτοπρωτος*, tertio primus, i. e. tertius dies primæ septimanæ. 18vo Nisan.

4tus dies, *τετράτοπρωτος*, quartoprimus, i. e. quar-

quartus dies primæ septimanæ, 19mo Nisan.

5tus dies, πεμπτόπρωτος, quinto primus, i. e. quintus dies primæ septimanæ, 20mo Nisan.

6tus dies, ἑκτόπρωτος, sextoprimus, i. e. sextus dies primæ septimanæ, 21mo Nisan.

7mus dies, ἑβδομόπρωτος, septimoprimus, i. e. septimus dies primæ septimanæ, 22do Nisan.

*Secundum Sabbatum.*

8vus dies, πρωτόδευτερος, primo secundus, i. e. primus dies secundæ septimanæ, 23tio Nisan.

9nus dies, σαββατον δευτεροδευτερον, i. e. *Sabbatum secundo die secundæ septimanæ*, 24to Nisan.

10mus dies, τριτοδέυτερος, tertio secundus, 25to Nisan.

11mus dies, τεταρτοδέυτερος, quarto secundus, 26to Nisan.

12mus dies, πεμπτοδέυτερος, quinto secundus, 27mo Nisan.

13tius dies, ἑκτοδέυτερος, sexto secundus, 28vo Nisan.

14tus dies, ἑβδομοδέυτερος, septimo secundus, 29no Nisan.

*Tertium Sabbatum.*

15tus dies, πρωτότεριτος, primo tertius, i. e. primus dies tertiæ septimanæ, 30mo Nisan.

16tus dies, σαββατον δευτερότεριτον, *Sabbatum secundo die tertiæ septimanæ*. 1mo Ijar.

17mus

17mus dies, τριτότερις, tertiotertius, 2do Ijar.

18vus dies, τεταρτότρις, quartotertius, 3tio Ijar.

19nus dies, πεμπτότρις, quintotertius, 4to Ijar.

20mus dies, έκτότρις, sextotertius, 5to Ijar.

21mus dies, εβδομότρις, septimotertius, 6to Ijar.

*Quartum Sabbatum.*

22dus dies, πρωτότεταρτ, primoquartus, i. e. primus dies quartæ septimanæ, 7mo Ijar.

23tius dies, σαββαλον δευτεροτέταρτον, Sabbatum secundo die quartæ septimanæ, 8vo Ijar.

24tus dies, τετοτέταρτ, tertioquartus, 9no Ijar.

25tus dies, τεταροτέταρτ, quintoquartus, 10. Ijar.

26tus dies, πεμπροτέταρτ, quintoquartus, 11. Ijar.

27mus dies, έκτοτέταρτ, sextoquartus, 12. Ijar.

28vus dies, εβδομοτεταρτ, septimoquartus, 13. Ijar.

*Quintum Sabbatum.*

29nus dies, πρωτόπεμπτ, primo quintus, i. e. primus dies quintæ septimanæ, 14. Ijar.

30mus dies, σαββαλον δευτεροπέμπτον, Sabbatum secundo die quintæ septimanæ, 15. Ijar.

31mus dies, τετάρτοπεμπή, tertio quintus,  
16. Ijar.

32dus dies, πεντάρτοπεμπή, quarto quintus,  
17. Ijar.

33tius dies, ἑκπάρτοπεμπή, quinto quintus,  
18. Ijar.

34tus dies, ἑξτάρτοπεμπή, sexto quintus, 19.  
Ijar.

35tus dies, ἑβδομοπεμπή, septimo quintus,  
20. Ijar.

*Sextum Sabbatum, seu sexta septimana.*

36tus dies, πρῶτόεξτῆ, primo sextus, i. e.  
primus dies sextæ septimanæ, 21. Ijar.

37mus dies, σάββατον δευτερόεξτον, Sabbatum  
secundo die sextæ septimanæ, 22. Ijar.

38vus dies, τετάρτοεξτῆ, tertio sextus, 23.  
Ijar.

39nus dies, πεντάρτοεξτῆ, quarto sextus, 24.  
Ijar.

40mus dies, ἑκπάρτοεξτῆ, quinto sextus, 25.  
Ijar.

41mus dies, ἑξτάρτοεξτῆ, sexto sextus, 26.  
Ijar.

42dus dies, ἑβδομόεξτῆ, septimo sextus, 27.  
Ijar.

*Septimum Sabbatum, seu septima septimana.*

43tius dies, πρῶτόεβδομη, primo septimus,  
i. e. primus dies septimæ septimanæ, 28.  
Ijar.

44tus dies, σάββατον δευτεροέβδομον, Sabbatum  
secundo die septimæ septimanæ, 29. Ijar.

45tus

45tus dies, ⲧⲉⲛⲧⲟⲩⲃⲉⲃⲟⲙⲟⲩ, tertio septimus,  
1. Sivan.

46tus dies, ⲛⲉⲛⲧⲟⲩⲃⲉⲃⲟⲙⲟⲩ, quarto septimus,  
2. Sivan.

47mus dies, ⲛⲉⲛⲧⲟⲩⲃⲉⲃⲟⲙⲟⲩ, quinto septimus,  
3. Sivan.

48vus dies, ⲉⲛⲧⲟⲩⲃⲉⲃⲟⲙⲟⲩ, sexto septimus, 4.  
Sivan.

49nus dies, ⲉⲃⲉⲃⲟⲙⲟⲩⲉⲃⲉⲃⲟⲙⲟⲩ, septimo septimus,  
5. Sivan.

Hinc jam sequitur dies 50mus, *ἡμέρα πεντη-  
αγῆ*, Hebr. *יום חמשים*, dies quinquage-  
simus, incidens 6to Sivan & quidem eodem  
die septimanæ, quo manipulus seu homer pri-  
mitiarum messis hordeaceæ offerebatur, i. e.  
die Veneris. At jam offerebantur ex no-  
vo proventu tritici illius anni duo panes  
*חנופה* elevationis fermentati, *Levit. 23: 16, 17.*  
Belgicè vocatur *Pinxter*, vel *Pinxterdag*. He-  
braicè *חג השבועות* *festum hebdomadam*, *Deut.*  
*16: 10.* etiam *חג הקציר* *festum messis*, nempe  
triticariæ, quæ serior erat messe hordearia.  
Tandem dicebatur quoque ab Hebræis, dicit  
Josephus *ἀσπερτά*, *Chald. עצרתא*, vel hebr.  
*עצרת*, i. e. *Clausula*, quia claudebat vel obsi-  
gnabat unitate numerum dierum 49, qui ab  
oblacione manipuli effluxerunt, uti *Philo Ju-*  
*dzus* libro de festis docet, & *Relandus* ex  
ipso observat, *ant. Hebr. part. 4.*

cap. 4. §. 2.

PETRI ZORNII,  
Dissertatio  
de  
DECRETO VIGILUM

*ad Danielis IV: 14.*

§. I.

**T**alis est, hujus loci, qui deinceps in manibus nobis erit, & tantus usus, pene ut nullus sit in sacro codice, cujus interpretatio magis sit ad Judæos refellendos necessaria. Ita quidem videtur *Allixio* de mysterio S. S. Trinitatis adversus Judæos disputanti, (a) ita & nobis visum est, cum in seria atque diligenti horum verborum peruestigatione diu multumque essemus versati. Quid enim? non solos Judæos hic nobis refragari videmus; sed & miramur, inter Christianos existere, qui, dum aliud agunt, & de concilio angelorum creatorum nescio quo, sacrum scriptorem loqui existimant, nec sibi satis cavent, nec cœlesti, quam utique tueri debebant, veritati. Non est animus omnes, quotquot inter Christianos

(a) In judicio antiq. eccles. Jud. adv. Unitarios p. 123.

nos aliquid humani patiuntur, in hunc cen-  
 sum referre; vel in præsens ad Cloppenburgium, & Castellionem in tanto scriptorum nu-  
 mero digitum intendisse suffecerit. Vocem  
 רי inquit Cloppenburgius (b) quæ in Græcis Bi-  
 bliis remansit εἰρ & Latinorum interpretum consen-  
 su vigilem significat, propter insolentem hanc no-  
 menclaturam Angelorum malim accipere, non ut ab  
 Hebræis mutuo sumtam, absque ullo Chaldaico cha-  
 ractere: sed ut factam, per Chaldaicam permuta-  
 tionem & εἰρ ex Hebræo רי quod legatum signifi-  
 cat, atque ita a LXX transfertur Proverb. 13: 18.  
 25. 13. & Jerem. 49: 13. per vocem ἀγγελος,  
 quomodo LXX similiter vocem רי seu εἰρ transtu-  
 lisse in Daniele annotatum est in Bibliis Græcis Fran-  
 cofurti editis 1597. opera Fr. Junii. Videmus  
 adeo angelos creatos a Cloppenburgio intelligi,  
 videmus etiam argumenta, quibus innifus Lu-  
 dovicum quoque de Dieu in suas perduxit partes:  
 jam vero nostrum erit, salva tantorum viro-  
 rum existimatione singula argumentorum il-  
 lorum momenta ad æquam veritatis lancem  
 exigere. Ac primum largimur, permutatio-  
 nem literarum & εἰρ apud Syros & Chaldæos  
 inter se admodum facilem esse, sed veremur  
 tamen, ut vox רי creatum significare possit  
 angelum. Ut enim argumenta, quæ suo or-  
 dine mox allaturi sumus, nunc taceamus;  
 LXX interpretum consensus, quem in voce  
 illa רי interpretanda nobis objicit, vel exi-

Ff 3

guus

(b) In Collationib. Crit. S. p. 284.

guus sane est, vel, ut rectius dicamus, nullus. Quod si enim notum est ex Hieronymi proemio in *Danielem*, ejusdem prophetiam non secundum LXX. interpretes, sed secundum *Theodotionem* in Ecclesiis legi: si *Ittigius* quoque (c) *Suicerum* (d) LXX pro *Theodotione* supponentem merito notavit: viderit *Cloppenburgius*, qua fide, quave auctoritate in *Theodotionis* locum LXX. substituerit interpretes. Et vero concedamus licet, LXX interpretes eam *Danielis* versionem, qua nunc utimur, adornasse; eorundem tamen auctoritas parum fidei faciet, maxime cum illud commentitium *Enochi* μετὰ τὸν ἐγγυόπου fragmentum falsæ interpretationis effingendæ dederit facultatem. Sed misso *Cloppenburgio*, audiamus *Castellionem* paulo apertius de angelis vigilibus differentem: idem est, inquit, vigil & sanctus, ut supra dictum est, quidam vigil & sanctus, de eodem; item decretum & pronuntiatio idem est; item res & rogatio, idem. Vocat enim rogationem legem perferendam, quomodo & Latini loquuntur: quoniam, priusquam perferretur lex, rogabantur, quorum erat scire legem, utrum eam vellent admittere? cujus rogationis formula erat hujusmodi: velitis, jubeatis, ut *Marco Tullio Ciceroni* aqua & igni interdictum sit. Hujusmodi rogatio perlata est inter deliberantes de *Nabuchodonosore* angelos: velitis, jubeatis, ut *Nabuchodonosor*

(c) In selectis capitib. Hist. Eccles. primi seculi p. 170.

(d) In thesauro eccles. in voce ἐγγυόπου.

nosor &c. non quod velim hanc formulam ad divina transferre: sed, ut intelligatur, cum hic fiat decreti & rogationis angelorum mentio, significari inter eos fuisse de Nabuchodonosore deliberatum, Cujusmodi deliberationem videbis 3 Reg. 22. u. inter Jovam & angelos consultatur de Achabo hi fraudem pelliciendo; sed hac humano more dicuntur. Enimvero, cum Castellio non satis perspexiss. videatur divinorum decretorum ratione absit, ut ejus ductum secuti, angelos divinorum consiliorum auctores faciamus, atque adeo incuria nostra, (nequid gravius dicamus) Judæis, quando & ubi de Trinitate temere impugnata coarguuntur, viam hinc elabendi aperiamus,

§. 2. De Christianis hac in re veritati adversantibus pauca admodum statim in limine monere volumus: nunc, quoniam cum Judæis maxime res erit, argumenta eorundem sigillatim expendemus. Ante omnia persuadere nobis cupiunt, angelos עִירִי sive vigiles appellari, quod non solum rebus hominum curandis juvandisque præsent, sed & apud Deum sanctissimorum consiliariorum munere fungantur: verum hæc omnia sine ulla veritatis specie in medium proferuntur. Etenim, unde, quæso, ex sacris literis probabunt Angelos uspiam locorum vigiles appellari? imo vero solus Deus est, qui vigilis nomine gaudet, quique honoris causa tam insigni & proprio quasi nomine compellatur. Quod si

Ff 4

quis-

quisque est optimus verborum suorum interpres, etiam ipse *Daniel*. IX: 4. per se luculenter demonstrabit, quid sibi mentis consiliique fuerit, cur, nullo ad angelos respectu habito, nomen vigilis soli Deo imponeret. Et quamvis Judæi dicerent *Danielis* verba adhuc ambigua esse, adeoque in utramque exponi posse partem, alia tamen Scripturæ loca Gen. XXXI: 49. Psalm. CXXVII: 1. Jerem. XXXI: 28. XLIV: 27. magno erunt indicio soli Deo nomen vigilis partesque recte adscribi. Jam vero, si in sacris literis nullum Judæis pro tuenda sua sententia superest præsidium, nihil causæ est, quamobrem vel nobis, vel causæ Trinitatis adversus Judæos suscipiendæ diffidamus. Fatemur equidem Judæos illi *Enochi* fragmento multum tribuere, & inter alios *Menachemum Racanatem* a *Drusio* ejus rei citari testem: fatemur itidem Judæos de Angelis Ethnarchis sive geniis gentium tutelari- bus apud *Fabricium* (e) nec visa ulli antehac, nec audita proferre; at vero, uti hæc omnia tacentibus sacris literis Judæorum ægrotantium somnia sunt, ita ab emunctæ naris hominibus deridentur & exploduntur.

§. 3. Quod vero Judæi eandem adhuc viam insistentes קדישׁ sive *sanctos* illos itidem angelos esse volunt, in eo pariter falluntur. Quamvis enim in aliis scripturæ locis angeli eo celebrentur nomine; hic tamen קדישׁ nomen  
 (e) In bibliographia antiquar. p. 260. & 280.

men prorsus singulare est, & vero Deo proprium, quoniam apud *Danielem* tribus distinctis (f) vicibus idem ipse Deus אלהין קרישין *Sancti Dei* nomine describitur. Tota hæc res, siquid judicamus, adeo perspicua est, adeo luculenta, ut Judæi, modo ipsis sana mens fuerit, ad nostram sententiam accedere debeant; tamen, quia adhuc tergiversari videntur, volumus, ut *Josue* verba XXIV: 19. majoris lucis causa accipiant: *non poteritis*, inquit, *servire* יהוה אלהים קרישין הוה *Jehovæ*, *quia est Deus sanctus*. Quid unquam de Trinitate apertius dici potuit? qui modo *Jehova* est, is אלהים קרישין *Dei sancti* nomine appellatur, ut sensus sit: *plures personas in una divina essentia coli*. Et sane magnam loci hujus ἐνέργειαν miratur *Menachemus Racanatenensis* apud *Joannem Meyerum* (g) persuasus S.S. Trinitatis mysterium a *Josua* tradi: quod si est, hic quoque apud *Danielem* per קרישין Deum trinunum intelligent Judæi, quia ad declarandam Trinitatem versu 10. *unus vigil* ⌘ *sanctus* עיר וקריש *commemoratur*.

§. 4. Sed quoniam Judæi veram divinorum decretorum rationem ignorare videntur, quoties angelos tanquam socios decretis a Deo faciendis addunt; hinc per commodum fuerit, ea quæ aliquanto copiosius dici poterant, in exiguum quendam orationis gyrum compellere.

Ff 5 lere.

(f) vers. 5. 6. 15.

(g) ספר עקריש sive fundam. theol. p. 304

Iere. Scilicet ex Dei summa perfectione, omniscientia, & summa sapientia facile colligitur, atque disertis scripturæ verbis asseritur, Deum nihil operari sine consilio voluntatis suæ Ephes. I: 11. secundum quod omnia in tempore pulchra facit Eceles. III: 11. ut omnia fiant למען ad responsum suum, opusque respondeat Dei molitioni & proposito Proverb. XVI: 4. Scriptura Deo passim tribuit מחשבה cogitationem Esaia LV: 8. עצה consilium Psalm. XXXIII: 11. Jes. XIX: 17. מועל molitionem Jes. XLI: 4. חפץ voluntatem Pf. CXV: 2. Esaia XLVI: 10. קח definitum Pf. II: 7. דרך viam Proverb. VIII: 22. βελήν Ephes. I: 11. Ακτορ. II: 23. θέλημα Rom. IX: 18. εὐδοκίαν Matth. XI: 26. πρόθεσιν Rom. IX: 11. in scholis maxime usitatum est nomen decreti vel decretorum Dei: in his autem omnibus observandum est illud monitum divinum Esaia LV: 8. non sunt cogitationes meæ cogitationes vestre, nec via vestre via meæ: ne Deo, qui omnia exacte novit, ideoque consulto non opus habet, inquisitiones, ratiocinationes, discursus, deliberationes ac consultationes tribuamus, quæ imperfectiorem atque ignorantiam arguunt. Deus inquit Meyerus (b) cum nemine extra se consilium capit, sed secum consulit, secum deliberat Genes. I: 26. Pater cum filio & spiritu S. Esaia IX: 5. Zachar. VI: 13. 1 Corinth. II: 10. 11. sive ut Talmudici & Cabbalisticæ loquuntur Deus S. B. cum familia sua

קב"ה

(b) l. c. p. 412.

שלו בפמליא שלי (i) *per quam non intelligunt aliquid extra Deum, sed Middoth proprietates Dei & Sephiroth, imprimis coronam, sapientiam, atque intelligentiam, de quibus etiam intelligunt locum Dan. IV: 14. בגזרת עירין פתנמא in decreto vigillum res hæc.* (k) Quæ cum ita sint, factum ut Judæos, qui hic Majorum suorum recte sentientium vestigia deserunt, & creatos angelos somniant, sensim & paulatim errorum suorum puderet. Indicio sunt R. Saadias Gaon & Aben Ezra, quippe qui existimant angelos Dei consiliarios dici posse, quoties ex Dei ore decernunt בגזרת עירין פתנמא hoc est, ut ministros Dei decet, parati promptique faciunt imperata. Hac mente Judæi afferunt verba divina Jerem. I: 10. *aspice, præficio, te hodie no die gentibus & regnis ad extirpandum, diruendum, perdendum & evertendum, ad exstruendum & plantandum:* neque enim Deus Prophetam in consilium adhibet, aut eodem tanquam individuo potentiaæ suæ socio utitur, sed tantum his imperat verbis, ut fidissimi ministri munere functurus decreta divina in vulgus edat, & Numinis honori, quoad possit, consulat. At enim ista recentiorum Judæorum circuitio multum habet incommodi, & satius est, ipsis antiquis Judæis suffragantibus, de S.S. Trinitate cogitare, siquidem hæc sola fuit, quæ.

(i) Sanh. fol. 38. 2.

(k) vide Sohar Par. I. fol. 12. 2. edit. Crem. sive fol. 11; I. Sulzb. & R. Menachem Rack. in legem fol. 13. 1.

quæ de Nabuchodonosore aliquandiu puniendo, consilium & habere & inire potuit. Paucis: ipse Daniel optimus iterum suus interpres versu 24. non finit nos de rei veritate dubitare; sed quodnam illud vigilum & sanctorum decretum sit, luculenter exponit: *Hæc est declaratio, lex, & Supremi sententia, que in te domine rex, competit: quasi diceret: vigiles illi, sanctique illi supremi Dei nomine sunt compellendi, quia in Deo est simplex unitas, sed & eadem distincta & vera Trinitas.*

§. 5. Antequam finem huic imponamus dissertationi, breviter disquirendum: unde Daniel hanc singularem admodum de Concilio Vigilum & Sanctorum loquendi rationem acceperit? Lemonius (l) existimat istiusmodi dictionem inde usque a priscis seculis apud paganos satis frequentem, a Daniele in sanctiorem usum adhiberi; at vero, si Fabricium (m) audiamus, multo est verisimilius, paganos more suo divini scriptoris serinia compilasse, atque inde contra quam auctori sacro videbatur, *πλεονεξίας* suæ stabiliendæ argumenta desumpsisse. Quemadmodum igitur apud Danielem quidam personarum divinarum confessus fuisse traditur, in quo de Nabuchodonosoris regis fato ageretur, ita etiam pagani, si cum Tertulliano dicendum, quod res est, *synodum atque senatorium ordinem Deorum* effinxerunt. Utut erit, certe

(l) in Variis Sacris p. 252.

(m) in bibliogr. ant. p. 252

certe dii paganorum Consentes dicuntur in  
eam rem, quasi confidentes, vel consentien-  
tes, vel potius consentes a consere, quod est  
συμβελεύειν interprete *Vossio* (n) iidem etiam  
appellantur σύνθετοι, παρόδοι, σύνεδοι τῶν  
θεῶν, uti præter *Lemonium & Fabricium*  
pluribus *Vitringa* (o) ostendit.

(n) in Etymol. in Consentia.

(o) in Observationib. S. lib. II. cap. V. §. 7. p. 299.



IV.

*Joh. Georgii* **ALTMANNI**

Helvetio-Zoffingani,

Observatio Philologica

de

**GALLICINIO** Hieroso-

lymis in ædibus Pontificis

audito.

**ARGUMENTUM.**

Communes Philologorum sententiæ in hanc rem bre-  
vissime recensentur, eorum difficultates aperiuntur.

§. 1. 2. Nova sententia exponitur. §. 3. Vox ἀλέκτωρ  
non Gallum gallinaceum tantum, sed & *buccinam* &  
*buccinatorem* apud Græcos passim significat. Hanc  
significationem in Evangeliiis locum habere demon-  
stratur,

stratur, buccinam qualem audiverit Petrus exhibetur. §. 4. Buccinatorem Stationarium vigiliis committentem Petrum audivisse probatur. §. 5.

§. 1.

**I**Nter nodos, qui Philologis in explicatio-  
ne N. Test. difficilliores visi sunt, est  
gallicinium à Salvatore nostro & Petro  
auditum; Nota enim Judæorum Lex, ab  
omnibus historiæ Evangelicæ interpretibus  
exhibita, de Gallis gallinaceis in urbe sancta  
non alendis. BYNÆUS de morte Christi  
Lib. II. cap: 6. LIGHTFOOTUS in hor. Hebr.  
ad Matth. XXVII: 34. alique plurimi proli-  
xius hoc Judæorum placitum exponunt, qui  
videri possunt. Manifesta est, hac de re Ju-  
dæorum superstitio, sed quomodo cum locis  
Evangelicis conciliari possit, plurimi Philolo-  
gorum non aperiunt, contenti, si Judæorum  
hac in re traditionem ut falsam & ineptam  
rejicere possunt, existimantes locum Evange-  
licum ad legem & traditionem Judæorum ne-  
gandam & confellendam sufficere, hinc diffi-  
cultates hoc modo sublatas existimant, & so-  
lam in causæ suæ patrociniū adducunt hi-  
storiam de gallo ex sententia Synedrui lapida-  
to, ob interfectum ab eo puerulum, sed dif-  
ficultatem hanc diluit Vir Cl. H. RELAN-  
DUS, in oratione sua de gallicinio à Petro au-  
dito, dum ostendit, gallum illum puerum non  
in urbe sed extra urbem interfecisse, sed de  
cri-

crimine actum esse Hierosolymis, cum talia  
judicia à Judicibus in pagis ad majus tribunal  
in urbem fuerint delata.

§. 2. Alii legem Judæorum quidem non ita  
invalidam hac in re agnosunt, hinc per can-  
tum galli intelligunt קרא הגבר sive clamo-  
rem præfecti templi, qui singulis mane Ja-  
nuam Beth Moked pulsabat, & sacerdotes ibi  
pernoctantes ad ministerium sacrum suscita-  
bat. Sed sententiam hanc tria confundunt.  
1) Situs domus Caiaphæ, quæ ex omnium  
fere eruditorum sententia longissime à templo  
distabat. 2) Tempus, quo Petrus gallicini-  
um audivit, quod nondum ad auroram ac-  
cesserat, sed ante mediam noctem auditum  
fuit. vide Scaligeriana p. 162. 3) Tertio re-  
petitum gallicinium, cum non probari possit  
Præfectum templi bis clamasse.

§. 3. Tertia sententia est Celeb. H. Relandi,  
qui vim legibus Judaicis neutiquam negan-  
dam existimans, putat, gallum hunc extra  
mœnia urbis fuisse constitutum, indeque à Pe-  
tro auditum. Sed pace tanti Viri, incertum  
putem, an domus Pontificis adeo contigua  
fuerit mœnibus, ut gallus extra mœnia can-  
tans, in tanto strepitu, in tanto Judæorum, in-  
conditum clamorem tollentium, inque mili-  
tum tumultu exaudiri potuerit; Hinc alia via  
difficultatibus obviam eundum existimavi, &  
quidem sequentem in modum.

§. 4. Varia occurrunt apud Scriptores Græcos loca, quæ mihi ambiguum significationem vocis ἀλέκτωρ demonstrant, Athen. Dei philosoph. Lib. IV. sub finem pag. 184.

Ἴων δ' ἐν Φοίνικι ἢ καμνῆ, ἀλέκτωρα τὸν αὐλὸν καλεῖ  
ἐν ἴστοις.

Ἐπὶ δ' αὐλὸς ἀλέκτωρ λυδίων ὕμνον Ἀχαιῶν  
Ἐν δὲ Φεραῖς τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἶρηκε σύεργα  
διὰ τῶτων.

Προθεῖ δὲ τοῖ συεργῶν Ἰδαῖος ἀλέκτωρ.

*Jon in Phœnice sive Cœneo tibiā gallum sic vocat,  
Canebat vero buccina sive tibia Lydium bymnum  
Achivorum laudes continentem.*

*Idem in custodibus, Idæam buccinam, fistulam vocavit in his,*

*Præcurrit vero fistula Idæus buccinator.*

Eodem sensu sumitur apud Theognidem pag. 682.

Ἦμος ἀλεκτρυόνων φθόγγος ἐγειρομένων.  
*Cum buccinarum clangore suscitaremur.*

Similiter Aristophanes vigilem clamantem vel tintinnabulo suscitantem, gallum vocat in σφικ. 100.

τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὅς ἤθ' ἐφ' ἐσπέρας, ἔφη  
Ὡς ὄψ' ἐγείρειν αὐτὸν ἀναπεπεισμένον  
Παρεὶ τὸν ὑπευθύνων ἔχοντα χρήματα.

*Ex his, ut spero, planum erit buccinatores sæpius*

sæpius gallos vocari, rationem addit ὁ πανν  
 Casaubonus, in animadversionibus ad Athen.  
 p. 200. *Jon Chius inquit, tibiam & buccinam vo-*  
*cavit ἀλέκτορα isto versu.*

Ἐπιτ' αὐχὸς ἀλέκτορος λυδίου ὕμνον Ἀχαιῶν.

*In promptu causa est, nam & gallus gallinaceus,*  
*& tibia cantu dormientes excitant. Notandum*  
*etiam vocem φωνήν non Gallinaceorum, sed*  
*hominum & buccinarum vel tubarum pro-*  
*prium esse, ut videmus ex 1. Cor. XIV: 8.*  
*quomodo vero Græci galli cantum exprimunt*  
*nobis declarat Pollux in onomast. Lib. V. cap.*  
*13. & Homerus in βατραχ. versu 191. Quam*  
*vero buccinam Petrus audierit jam declaran-*  
*dum est.*

§. 5. Constat Romanos Vigiliæ suas buccina  
 commisisse, ut videmus ex Vegetio, Lib. III.  
 cap. 8. *A tubicine omnes Vigiliæ committentur, &*  
*finitis horis à Cornicine revocantur. Livius Lib.*  
*VII. Vigiliis deinde dispositis, cæteris omnibus tes-*  
*seram dari jubet; Ubi secunda Vigiliæ buccina si-*  
*gnum datum esset, armati silentio ad se venirent.*  
 Plura habet Tacitus. Annal. Lib. XV. cap. 30.  
 & eruditus ad Polybii castra commentator R.  
 Hermannus SCHÆLIUS p. 192. Vigiles ergo  
 per buccinatores in stationibus suis elapsæ vi-  
 giliæ vel incipiendæ monebantur, sed nemo  
 non novit stationes in urbe sancta fuisse plu-  
 rimas, non modo ad portas urbis, sed in Præ-

torio, in arce Antonia & aliis locis, ad continendam seditiosam Judæorum gentem. Audivit verò Christus & Petrus hunc buccinatores stationarium vel ad proximam turrim vigiliam committentem, nam ex Villalpandi aliorumque doctorum sententia Domus Caiaphæ, proxime adfixa erat parti antiquæ urbis Jebusæorum, in monte Sionis, ubi perpetuæ Vigiliæ habebantur, inde enim ad reliquam urbem latissimus patebat prospectus. V. Dapper in *Palesina* p. 330. sed si hæc incerta videbuntur, facile asserere possumus, Christum & Petrum buccinatores vigiliæ in ipsius Pontificis ædibus constituentem audivisse, nam licet nullæ ordinariæ excubiæ in ædibus Pontificis actæ fuerint, tamen Salvatoris nostri tempore agi necesse erat, quia non à solis Judæis, sed & à Centurione & militibus Romanis captus fuerat, ut videmus ex Joh. XVIII: 12.

Brevissime hic meam de gallicinio à Petro audito exposui sententiam, quæ ampliori explanatione indiget, sed eam dabo, si videro hanc hypothesein viris doctis, quorum Judicio hoc tentamen committo, non omnino displicuisse.

JOH. D' OÜTREINII,  
ad quaedam S. Codicis lo-  
ca Observationes.

ARGUMENTUM.

§. 1. Locus ES. LXII: 2, 3, 4, 5. explicatur. §. 1, 2, 3, 4, 5. MATTH. III: 15. Almelovenii de hoc loco conjectura. Christus debuit baptizari, tanquam sacerdos, & quidem sacrificaturus; & ut sacrificium. §. 6. Ea examinatur. §. 7. LUC. XI: 12. Scorpius varia denotat §. 8, 9. ROM. XI: 25. Πληρωμα των εθνων. Gen. XVII: 4, 5. Es. LX: 5. illustratur. §. 10. COL. II: 2, 3. §. 11. Clerici versio examinatur §. 12. Ea refellitur §. 13. Και repetitum habet usum explanandi §. 14. Aliae repetiti τε και & τε ι apud Ebraeos significationes. §. 15. Aliquando notat nempe, nimirum §. 16. Aliquando redundat §. 17. Variarum loci illius versiones §. 18.

Jes. LXII: 2. 3. 4. 5.

*Et nominaberis NOMINE NOVO;  
quod os Jehovæ exprimet &c.*

§. 1.

**D**Ubi non est, quin hoc caput cohaereat cum precedente; adeoque merito existimant interpretes, binis hisce capitibus integrum contineri sermonem propheticum, de cujus argumen-

to, occasione, scopo & methodo nonnulla dixi, in pertractatione Oraculi Jes. LXI: 1 - - 3. subjuncta Tractatui Vernaculo de *Tristitia secundum Deum & respiscentia*, pag. 233--237.

Et totum hunc Sermonem pertinere, non ad Ecclesiam *Veteris* Testamenti, sed *novi* facile patet ex ejus initio, ubi Messias in carne manifestatus loquens introducitur, una cum Discipulis suis, quorum opera Ecclesiam suam non tantum ex Judæis, verum etiam ex gentibus colligeret, & administraret; quibusque officia sua, hunc in finem præscribit, cum spe successus optatissimi. Cap. LXI: 1-9. Deinde ipsa Ecclesia *Novi T.* introducitur, sibi gratulans ob insignia beneficia, a Christo in se collata, cum spe ulterioris propagationis & prosperitatis Ecclesiæ. vs. 10. 11. Tertio, Christus ipse denuo prodit, & respondet illi Ecclesiæ expectationi, nimirum 1. pollicetur se certissime justitiam suam & Ecclesiæ suæ manifestaturum, per notificationem gloriæ suæ inter gentes. vs. 1--3. 2. se magni facturum Ecclesiam suam eamque decoraturum & blando amore prosecuturum: vs. 4. 5.

§. 2. Inter alia Messias Ecclesiæ suæ pollicetur, se daturum ipsi nomen novum, quod ipse Jehova expresse pronuntiaret. Quod novum nomen rectissime plurimi ex Veteribus, & post hos Cl. Coccejus, intellexerunt de Nomine *Christiano*, quod Discipulis Christi, non sine au-  
 & ori-

Autoritate Divina, jam Act. XI: 26. a primordiis Ecclesiæ datum fuit; quod nomen admodum contumeliosum habebatur gentilibus & Judæis seculis duobus prioribus; verum, & a Constantini Magni temporibus, glorificatum & publice in Imperio Romano, immo per totum quasi terrarum orbem, cum honore admissum fuit.

Quoniam autem nomen *Christianum* a *Christo* denominatum fuit, varias illud supponit *Christi* ac *fidelium* inter se relationes, ob quas hi ab ipso denominari merentur, ut, quod ipsius sint *discipuli*, *servi*, *Subditi*, *Milites* spirituales; quin imo ipsius *uxor*, connubio spirituali ipsi juncta, nec non ipsius *peculium*, hinc, in sequentibus, talia de Ecclesia prædicantur, quæ, inter alia, in nomine *Glorioso Christianorum* continentur.

§. 3. Et quidem I. *Erit corona ornatus in manu Jehovæ* & *Diadema regni in manu Dei tui.* Quod supponit *Christianos* fore *regale Sacerdotium*, allusione non tantum ad *diadema* vel *Coronam regiam*, verum etiam ad *Diadema Pontificis*; quod *coronæ regie* instar erat. Illa autem *dignitas (regalis sacerdotii)* in nomine *Christianorum* revera continetur. Nam *Christiani*, revera sic dicti, *unctionis Christi participes* sunt, & quidem in *reges & Sacerdotes*. 1. Pet 2: 9. Apoc. 1: 6.

II. Quatenus vero in nomine *Christiani* est *denominatio a Christo*; *Mulier autem maritata* de-

nominari solet a marito; ad illam relationem Ecclesie ad Christum, hic etiam alluditur: Non dicetur tibi amplius, *DESERTA*, i. e. marito orbata & terra tua non dicetur amplius, *VASTITAS*, id est, quod incolis vel etiam rectoribus, eam curantibus sit orbata; Sed Tu vocaberis *VO- LUPTRAS MEA INEA*, hoc est, ita me erga te geram, ut deprehensuri sint homines, quod ego te diligam. **ET TERRA TUA MARITATA:** quæ habebit incolas; & coetus tui habebunt suos Episcopos, Doctores, Rectores, atque etiam nutritios & defensores reges.

§. 4. Ad amplificationem autem porro additur: Nam sicut maritat adolescens Virginem, sic maritabunt te filii tui. Difficultas hic quædam est, quid sibi velit maritatio Ecclesie & filiorum ejus, cum mater a filiis maritari non debet? Sed sciendum, illa, quæ ita se habere non possunt, in naturalibus aut civilibus, sæpissime recte dici & locum habere posse in spiritualibus. Utique revera quodammodo conjugium aliquod intercedit inter Ecclesiam & ejus Episcopos & Rectores. Quando igitur ex ipsi filii Ecclesie quidam Ecclesie preponuntur in regimine civili vel Ecclesiastico, ad eam regendam, fovendam, defendendam, tunc Ecclesia sano sensu, sed minus emphatico, maritatur a filiis suis. Nisi hic malimus admittere Observationem Cl. Cocceji, qui vertit: quem admodum juvenis Virginem **HABET**, eique præ-

sto

sto est, ad illam nempe colendam, ornandam & ad maritum adducendam; *ita filii tui HABEBUNT te*, non ut *Sponsi*, sed ut *Paranymphi*, uti Johannes Baptista. Joh. 3: 29. & Paulus. 2 Cor. XI: 2. Utut sit, id saltem certissimum est, verum, supremum, proprie dictum & unicum *Sponsum* Ecclesiae esse *Deum ipsum*, id est, *Filium Dei*, Ecclesiae sospitorem, Goëlem ac Dominum. Idcirco statim additur: *Et sicut sponsus hilaris est super sponsam, ita Deus tuus super se hilarabitur*, tanquam sponsus & maritus tuus; quoniam ita se erga te geret, te amando, fovendo, colendo, defendendo & ornando, ut omnes populi sint agnitori, Te dilectam ejus sponsam esse, in qua sibi cum gaudio complacuerit. Conf. Jes. LIV: 5. *factor tuus maritus tuus, Jehova exercituum est nomen ejus, & sanctus Israelis Goel tuus, ipse Deus totius terrarum orbis vocitabitur.*

§. 5. Ut verbo dicam describitur hic status Ecclesiae Novi Testamenti, post tempora Constantini M. in contradistinctione 1. populi Israelitici sub Oeconomia legali. 2. In contradistinctione ipsius Christianismi sub persecutionibus Gentilium, quandiu Ecclesia Christiana erat, quasi *deserta*, & terra ejus *desolata*, nullos habens reges nutritios, neque etiam Rectores Ecclesiasticos, publica auctoritate super eam constitutos, & dignitate polentes. Adeoque Deus illam videbatur negligere, ac si non esset dilecta ejus sponsa:

Verum omnia illa contrarium in modum sese habuerunt postquam persecutiones istæ sunt extinctæ, & reges ac Imperatores ipsi Ecclesiæ nutritii facti sunt, adeoque *Christianismus* in mundo inclaruit.

Matth. III: 15.

§. 6. ἔτιω γὰρ πέπον ἐσὶν ἡμῖν πληρῶσαι πάσαν δικαιοσύνην. Cl. Almeloveenius in Epistola ad me data, hunc in modum verba hæc explicat:  
 „Contendunt inter se *Christus & Johannes de baptis- mate*. *Christus* vult ab eo aqua super-  
 „fundi, *Joannes* renuit, atque e contrario fate-  
 „tur sibi opus esse ab eo baptizari (forte inten-  
 „dit *Spiritu Sancto & igne*, quo baptizaturum  
 „prædixerat *Christum* Matth. III: 11:.) *Jesus*  
 „insurgens atque instans ait: ἀφεῖς ἄρτι. CON-  
 „CEDE HOC MIHI, & in presenti hoc dato,  
 „noli mecum hac de re litigare, tibi obsequii gloria  
 „relicta est, sufficiat me hoc rogare ac velle. Vis  
 „rationem, pergit quasi, quam equidem de-  
 „beri tibi nolim putes, oportet nos, ambos sci-  
 „licet, hoc modo implere omnem justitiam, id est,  
 „convenit tibi *Johanni*, tanquam sacerdoti, ut me  
 „baptizes, hoc est laves, purges, lustres aqua viva;  
 „primo, velut inaugurandum sacerdotem & con-  
 „stituendum Pontificem Maximum, (quemad-  
 „modum eum vocat *Paulus* Hebr. VIII: 1.)  
 „Ut ita impleatur justitia, seu lex, quam de in-  
 „augurando sacerdote *Moyse* præscripsit *Deus*,  
 „Exod. XXIX: 4. quo fiam aptus quasi inun-  
 „gi *Spiritu Sancto*, qui vix dum ex aquis  
 egref-

,,egressum in Christum statim *columba* more  
 ,,ac *descensu*, seu potius *devolatu*, delapsus est.  
 ,,Quo & *illa impleta* & observata lex fuit, quæ  
 ,,lotum purgatumque jubet *inungere* sacerdo-  
 ,,tem. Exod. XXIX: 7. XXX: 30. XL: 12.  
 ,,itaque Servator Christus debebat juxta binas  
 ,,illas leges, jam modo indicatas, *lavari* &  
 ,,*ungi*, ut ita Justus legitimus & ex legibus  
 ,,constitutus sacerdos, se ipse posset sacrifica-  
 ,,re & offerre Deo victimam gratissimam.  
 ,,Eph. V: 2. *Secundo* debebat etiam a Joanne  
 ,,Baptista lavari ac lustrari Christus tanquam  
 ,,sacerdos aliquando sacrificaturus ac tem-  
 ,,plum Dei ingressurus: Nam sacerdotibus  
 ,,nunquam concedebatur sacrificare aut in-  
 ,,gredi Tabernaculum, nisi primum lotis.  
 ,,Exod. 40: 32. *Tertio* necessaria quoque erat  
 ,,*lavatio* illa seu *baptismus*, quatenus anima ejus  
 ,,atque corpus, tanquam victima (Eph. V: 2.)  
 ,,erat exhibenda Deo. Notissimum enim vi-  
 ,,ctimas debuisse, antequam Deo exhiberentur,  
 ,,aqua abluï. Sicut & hoc nomine debuit ju-  
 ,,stitia, seu *mandatum* divinum impleri.  
 ,,Verbo uno complectar. *Triples* causa fuit.  
 ,,I. Ratione Muneris sacerdotalis. II. Ra-  
 ,,tione actus sacificationis. III. Ratione cor-  
 ,,poris sacrificandi. Quid autem hoc loco  
 ,,significet vox *δικαιοσύνη* non opus est pluri-  
 ,,bus doceam. Concludo, itaque rectissime  
 ,,dixisse Christum id justum ac decorum fore,  
 ,,non modo sibi ipsi sed & Joanni, in quan-

„tum ambo legibus istis, utpote sacerdotes,  
 „erant obstricti. Adde quod decorum ma-  
 „xime est legislatoribus primum legibus uti  
 „& obtemperare. Ipsi enim instituerunt ac  
 „introduxerunt baptismum primi. Hacte-  
 nus Cl. Almeloveenius.

§. 7. Favet illi, quod vox e cœlo ipsum  
 videtur *sacerdotio* præsertim inaugurasse. Eo  
 enim pertinet: *Hic est filius meus dilectus.*  
 Conf. Hebr. V: 5. *in quo complacui*, id est in  
 cujus persona ac sacrificio *εὐδοκίας* meam habeo  
 & habiturus sum, in contradistinctione ad sa-  
 cerdotes & sacrificia V. T. in quibus sibi non  
 complacuit Deus. Verum hæ mihi difficul-  
 tates crucem figunt: 1. Quod *Joannes Bapti-*  
*stes sacerdotis* quidem *filius*, sed non ipse *sacer-*  
*dos* fuerit: Saltem quod eo munere functus  
 esse nusquam legatur. 2. Illum heic non  
 egisse ut *sacerdotem*, sed ut *prodromum* Christi.  
 3. Si hæc lavatio *sacerdotalis* fuisset, tum eam,  
 juxta legem fieri debuisset in atrio templi. 4.  
 Christum hoc tempore potius muneri *prophe-*  
*tico* quam *sacerdotali* inaugurandum fuisse.  
 Porro Vide ad h. l. Scacchi Myroth. l: 30.

Luc. XI: 12.

§. 8. *Aut si petierit ovum, an dabit ipsi σκorpion*  
*ov*? Mirum videtur interpretes, qui hanc  
 vocem verterunt per *Scorpionem*, non animad-  
 vertisse quod oppositio aut comparatio inter  
*ovum* & *scorpionem* parum apta sit, quod ta-  
 men fieri oportebat. Certe in præcedenti  
 com-

commate II. *pani* opponitur *lapis*, *pisci* vero *serpens*, quæ analogiam quandam inter se habent; adeo ut quis facili negotio puerum fallere posset obtrudendo illi loco *panis lapidem*, & loco *piscis* (v. g. *anguilla*) *serpentem*. Sed nulla talis similitudo intercedit inter *ovum* ac *scorpionem*.

Responderi forsan posset Salvatore[m] respicere ad *ovum* scorpionis, illudque opponere ovis gallinarum vel aliorum volucrum homini in cibum cedere solitis; *ovum* autem scorpionis quoad externam speciem *ovum* vulgare referens, obtrudi posset puero; quod tamen compressum, venenatum animal proderet. Conf. *Jes.* 59:5.

§. 9. Verum Cl. *Almeloveenius* vocem *ovogem* interpretatur de globo quodam, ovalem formam referente, belgice; *een ovale Knoop*. Varias enim significationes hanc vocem *ovogem*, atque inter illas hanc etiam habere docuit. Ex cujus adversariis sequentia enotavi.

*Scorpio* significat *vermes*. *Isid. Orig.* l. 12. c. 5. pag. 1126. lin. 38.

*Scorpio* virga nodosa. *Isid. l. 5. c. 27. p. 935.*  
*Ova Castorum* vocabantur *summitates ovales*.  
*ovogem* vocatur *serpens*, etiam *piscis*, *scipio*, *genus placenta*, *genus tormenti bellici*, etiam *sidus*, de quo *Cicero* ap. *Aratum*.

*Scorpio* teli genus. *Isid. Orig. l. 18. c. 8.* etiam *piscis*. *Isid. Orig. l. 12. c. 6.*

*Scorpius* est flagelli genus, quo martyres olim

olim castigabantur. Nomen desumptum videtur a scorpionis cauda. Vid. Sagittarium de Martyrum suppliciiis. c. 5. §. 15.

In excerptis Boëthianis legitur, Scorpiones, ubi duo fines cuneati se jungunt. Rigaltius ad rei agrar. scriptores. p. 279.

Σκώρη⦿ coma flexilis puerorum, cincin-  
nus crinium.

*Scorpiones* vocantur monticelli ex lapide congesto, qui pro terminis erigebantur, quia in metam desinebant, ab Agathia V. Bonav. Vulcan. in notis. p. 2. Nexus capillorum in acutum desinens, qui quidem in viris vocatur *crobilos*, in mulieribus *corymbos*, in pueris vocatur *σκώρη⦿*. Hæc omnia uti ex Adversariis Viri amicissimi descripsi, sparsim hic annotare volui, ut lectori ansa detur de hoc loco cogitandi. Conferri possunt, quæ de voce hæc *Martinius* in lexico suo habet.

Rom. XI: 25.

§. 10. Τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν. Cl. Almeloveenus in epistola ad me: „Vocabulum πλήρωμα non bene versum videtur *Volheid*, cum „vox græca proprie significat *implementum*, „seu *complementum*, seu illam particulam minorem, quæ mensuræ ad implendum, ad- „jicitur. Adeoque melius foret forte *Volma- „king*, *Bylage*, *Vervullinge*, vel simile verbum „supponere, quale ad græcam vocem rite ex- „primendam ipse nondum potui exsculpere, „[forte rectius exprimeretur per *toegift*, *Toe- „mate*.]

mate.] Ethnici enim completuri erant numerum, qui ex Hebræis deficiebant, ab aeterno electorum.

Ad hoc respondi: Quid obstat, quo minus πλήρωμα heic accipiamus pro plenitudine, Volheid? Tali enim significato usu venit Joh. I: 16. Col. I: 19. 1 Cor. X: 26, 28. Ego vero amplius observo LXX interpretes τὸ πλήρωμα sæpius usurpare de congregationibus aquarum. Sic enim Cant. V: 13. מים קרים vertunt per πληρώματα ὑδάτων. Et alibi idem verbum habent pro מים-קרים 1. Paral. 16: 32. Psal. 96: 11. 98: 8. Jam vero per aquas & maria emblematicè intelliguntur gentes ac nationes multæ. Vide sis Apoc. 17: 15. & gentilismus in specie. Adeoque verisimile est Paulum hoc in loco, ubi de gentium agit conversione, eodem sensu voces πλήρωμα τῶν ἐθνῶν usurpare, possetque alludere Apostolus ad Gen. XVII: 4, 5. Ubi Abrahamus futurus dicitur Pater multitudinis gentium LXX πλήθους ἐθνῶν. (nota illas voces πλῆθος & πλήρωμα sæpe indiscriminatim ponere.) Præsertim vero alludit ad Jes. LX: 5. Tum dilatabitur cor tuum, eo quod vertetur ad Te מים מים MULTITUDO MARIS, & copiarum GENTIUM venient tibi. Ubi LXX habent πλεῖτος θαλάσσης, sed non dubito quin legendum sit πλῆθος. Quid autem aliud est πλῆθος vel si mavis πλεῖτος θαλάσσης, quam, quod alibi habent, πλήρωμα θαλάσσης? quod mox explicatur per copias gen-

gentium. Agit autem *Esaias* de ultima gentium conversione, quo etiam collimat Divus Apostolus. In altera explicatione id mihi crucem figit, quod gentes, tam initio Novi T. *converse*, quam sub finem *convertende*, non possunt considerari, respectu Judæorum, tanquam *particula minor* quæ ad *complementum* superadditur, sed tanquam *multitudo ingens* ac *major*, quam unquam fuit populus *Judæorum*. Videtis *Jes. XLIX: 6, 18--23. LIV: 1--3. LXVI: 8.*

Col. II: 2, 3.

§. II. Ἐἰς ἐπίγνωσιν τῆς μυστηρίας τῆς Θεῆς καὶ πατρὸς καὶ τῆς Χριστοῦ.

Ἐν αὐτῇ εἰσι πάντες αἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφτοι. Quæ verba proprie & ad literam sic transferenda sunt: *Ad agnitionem mysterii Dei & Patris & Christi: in quo sunt omnes thesauri sapientie & cognitionis absconditi.*

Primo intuitu tres quidem videretur Apostolus indigitare Personas, per voces DEI & PATRIS & CHRISTI. Verum in commentario meo vernaculo, in hanc epistolam, jam monui non sic accipienda esse verba, sed voces, *Patris & Christi*, inservire explanationi vocis *Dei*. Adeo ut vox *Θεῆς, Dei*, sese extendat ad voces duas sequentes, *πατρὸς καὶ Χριστοῦ, Patris & Christi*. De quibus utrisque adeo hic prædicetur quod sint *Deus*.

§. 12. *Joh. Clericus*, in translatione Gallica Novi Testamenti, verba hæc non bona fide sic trans.

transfert : Pour la connoissance du mystere de notre Dieu, & de notre pere & de Jesus Christ : *ad agnitionem mysterii Dei NOSTRI, & Patris NOSTRI, & Jesu Christi.* Ubi, absque ulla codicum auctoritate, binis vicibus textui infarcit vocem NOSTRI, non uncinulis inclusam, sed nude ita positam, adeo ut in textu ipso eam legi necessario concludere debeat lector. Procul dubio non alium in finem, quem ne locus hic videatur facere pro vera Deitate D.N. Jesu Christi, quam destruere, & loca, illam probantia, enervare, omni conatu satagit.

§. 13. Verum nuper scriptor aliquis, cæteroquin paradoxus, sub ficto nomine *Adiacriti Synceri*, hanc ipsius interpretationem satis solide refutavit; & ostendit, verba Apostoli commode ita posse intelligi: *Ad agnitionem mysterii DEI [ILLIUS] (qui ET PATER ET UNCTUS [ILLE] est) IN QUO* omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi sunt. *Belgice: Tot erkentnisse van DIEN GOD (die ENDE DEN VADER ENDE DIEN GESALFDEN is) in den Welken alle de schatten &c.*

Ubi tamen (*ὡς ἐν παρόδῳ*) notari velim, scriptorem illum articulos τὸν vertere per vocem *illius*, quasi in textu esset τὸν vel ἐκεῖνος, & belgice *DIEN God ende DIEN Gesalfden*; quum Articulus proprie esset vertendus *DEN GOD (die ENDE DE Vader ende DEN GESALFDE is) in Welken alle de schatten van de*

de Wysheid ende de kennisse syn opgesloten. Si enim articuli præfixi vocibus Θεῶν & Χριστοῦ denotarent ILLIUS DEI & ILLIUS CHRISTI, tum etiam in sequentibus dicendum foret. In quo omnes ILLI thesauri sapientiæ ILLIUS & cognitionis ILLIUS sunt absconditi.

Utut sit, scopus Apostoli in hisce verbis fuit, veram adstruere Divinitatem Jesu Christi, quam cum Deo Patre habet communem, Conf. Heb. I: 8, 9.

Adeoque verba illa καὶ πατρὸς καὶ Χριστοῦ, ET Patris ET Christi, parenthesi vel duobus commatibus, explanationis gratia, sunt includenda, & voculæ ἐν ᾧ, referendæ sunt ad DEUM; in QUO (quatenus & Pater & Christus est) omnes thesauri sapientiæ sunt absconditi.

§. 14. Vocolam autem illam καὶ, ita repetitam, aliquando habere usum explanandi, siue vocularum qui vel quæ est, aut qui vel quæ sunt, probatum dat ex Rom. XI: 33. ubi in textu legitur ὡς βάθος πλάτους καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεῶν. O profunditatem divitiarum, ET sapientiæ ET cognitionis Dei, siue uti Beza. TUM sapientiæ TUM cognitionis Dei! id est, quæ est sapientiæ & cognitionis Dei. Addit etiam Auctor 1 Cor. I: 24. ubi quidem vocula καὶ bis repetita non invenitur. Sed τε, quod æquipollet voculæ καὶ. Ipsis autem vocatis (Ἰουδαίοις τε καὶ Ἑβραίοις qui sunt Judæi & Græci) verum nunc adjungemus multo plura quæ occurrunt loca, in quibus τὸ καὶ bis repetitur, &

& tum ab interpretibus nostris prius illud  
 ἢ transfertur per *Beide*. Vide Mat. X. 28.  
 XII: 22. Marc. VI: 30. Joh. IV: 36. XI:  
 48. XV: 24. Hand. II: 29. Rom. XIV: 9.  
 1. Cor. VI: 13. VII: 34. Phil. II: 12. IV:  
 12. Tit. I: 9. 15. 2. Petr. III: 18. 2. Joh. 9.  
 Judæ. 25. Apoc. 19: 5. Quibus adhuc alia  
 loca addi possunt, ubi ἢ & ἢ, eodem signifi-  
 catu, junguntur. Quæ vide apud *Trommium*,  
*in Concord. N. T. p. 77.* ubi inter alia compa-  
 ret locus 1. Cor. 1: 2. *cum omnibus, qui in-*  
*vocant nomen Domini nostri Jesu Christi, in quo-*  
*vis loco, εὐλογῶν τε καὶ ἰμῶν tum ipsorum tum no-*  
*stri, quod perinde est ac si dixisset [qui est]*  
*ipsorum & nostri [sc. Dominus]* Belgæ: *Bei-*  
*de hunnes ende onses Heeren.*

§. 15. Cum istis locis jam confer no-  
 strum Paulinum: *ad cognitionem mysterii Dei,*  
 καὶ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, quid ni illud vertamus ut  
 alia omnia loca, in quibus καὶ καὶ vel τε καὶ  
 occurrit, *Dei, tum Patris tum Christi; Belgice:*  
*tot kennisse van de verborgentheid Gods (beide*  
*des Vaders ende des Soons) in Wien alle de*  
*Schatten, &c.*

Hue etiam faciunt illa loca, in quibus Chri-  
 stianus Noldius notavit *וּ*, *Vau*, apud He-  
 bræos & καὶ etiam in Novo Testamento, no-  
 tare & *id, vel idque, cum quid clarius exponi-*  
*tur, ut ait notulâ 2000.* ubi etiam hunc lo-  
 cum Col. 2: 2. *Ad cognitionem mysterii Dei*  
*(idque Patris & Christi) in quo &c.* Vel etiam

ut precipue, vel *Q* quidem pag. 277. Vel, quod propius confirmat translationem Scriptoris illius, qui *qu* hic vertit per voculas id est, pag. 280. quorsum etiam referri possunt loca Matth. 13: 41. *Omnia offendicula ET qui faciunt iniquitatem.* Joh. VI. 40. *Hec est voluntas ejus qui misit me, ut omnis qui videt filium ET credit in eum.* Hoc est, qui videt filium ID EST credit in ipsum. Joh. X: 33. *Judaei dicebant Christo: Non ob aliquod bonum opus lapidamus te, sed ob blasphemiam ET quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum.* Quod Beza vertit ID EST, quia tu *Q*c. adde Joh. XI: 26. Act. 7: 5. Act. 26. 20. & Col. 2: 8. Sic etiam 1. Petr. 1: 3. *Benedictus Deus ET Pater Domini nostri, hoc est. QUI EST pater Domini nostri.*

§. 16. Quin etiam huc faciunt loca, in quibus *qu* & *qu* tantundem significat, ac nempe, nimirum apud Noldium p. 287. inter quae numeratur etiam Rom. XV: 6. *ut glorificetis Deum ET patrem Domini nostri J. C. id est juxta Noldium: ut glorificetis Deum, patrem, nimirum, Domini nostri.* Quamvis adhuc alia ratio sit, cur Deus vocetur *Deus* et *Pater* Jesu Christi.

Nec non loca, ubi *Vau* & *qu* usurpantur pro *qui*, *quae*, *quod*, pag. 297. & in notis §. 1048. 1. Cor. 6: 14. *Deus autem ET Dominum suscitavit Q nos suscitabit.* Hoc est: *Deus autem, QUI Dominum suscitavit.* Nec non Ephes. V: 5. *Hoc novistis nullum scortatorem Qc.*  
ba.

habere hereditatem in regno Christi ET Dei, hoc est, qui [est] Deus.

Idem confirmat id, quod supra dixi, vocem *καὶ* bis repetitam, denotare *Tam, quam*; vel *tum tum* pag. 306. & exempla ad ducit, præter ea ex V. T. etiam Luc. 22: 33. Act. IX: 2. 26: 29. 1. Cor. 6: 13. VII: 43. X: 31,

§. 17. Notat quoque *καὶ* aliquando redundare, quod variis exemplis probatum dat. Et inde etiam phrasas *θεὸς καὶ πατήρ*, sic explicat quasi dicatur *θεὸς πατήρ* 2. Cor. 1: 3. Ephes. 1: 3. 1. Theff. III: 11. 2. Theff. 11: 16. 1. Petr. 1: 3. Sicut *θεῷ καὶ πατρί*, Deo Patri 1. Cor. 15: 24. Phil. IV: 20. Col. 1: 3. Jacobis 1: 27. Apoc. I: 6.) Aliqui vero (inquit) *καὶ* hic sumunt relative, seu explanative, nempe *καὶ πατήρ*, qui, vel id est Pater. Sic etiam *θεὸς καὶ πατήρ* Dei patris. Gal. 1: 4. Col. 2: 2. 1. Theff. 1: 3. *κεῖσθε καὶ θεὸς* Christi Dei, vel, qui est Deus. Jac. 3: 9. *per linguam benedicimus τὸν θεὸν καὶ πατέρα*, Deo & Patri; id est, Deo Patri.

§. 18. Ut ut sit, ex omnibus hisce allatis exemplis, abunde patet, Deitatem Christi Jesu hoc loco asseri.

Sive dicamus primum illud *καὶ* hic redundare, & tunc vertamus in agnitionem mysterii Dei (Patris & Christi) in quo omnes thesauri &c.

Sive: Dei (qui ET PATER ET CHRISTUS est) in quo &c.

Sive: Dei (id est, Patris & Christi) in quo &c.

Sive: Dei (tum Patris tum Christi) in quo &c.

Sive: Dei (¶ quidem Patris ¶ Christi) in quo &c.

Sive: Dei (¶ precipue Patris ¶ Christi) in quo, &c.

Sive: Dei (nempe Patris ¶ Christi) in quo &c.

Belgice: Tot Erkentenis van de Verborgentheid Gods (des Vaders ende des Soons) in welken, &c.

Ofte: Gods, (die en Vader en Christus is) in welken, &c.

Ofte: Gods (beide des Vaders ende des Soons) in welken, &c.

Ofte: Gods (dat is, des Vaders ende des Soons) in welken, &c.

Ofte: Gods (namelyk, des Vaders ende des Soons) in welken, &c.

Ofte: Gods (soo des Vaders als des Soons) in welken, &c.

Ofte: Gods (ende wel, des Vaders ende des Soons) in welken, &c.

**THEODORI HASAEI,**

de LEVI a Christo ad Apostola-  
tum vocato

ad loca MARCI II. 14. sqq. & LUC. V.  
27. sqq.

Disquisitio,

Qua eum non, ut vulgo  
putatur, MATTHAEUM, sed  
IUDAM Thaddaeum esse  
ostenditur.

**ARGUMENTUM.**

Bis Levi fit mentio. Apud Marcum & Lucam, qui inter  
se conciliantur. Creditus idem esse cum Matthaeo.  
§. 1. Sunt rationes de eo dubitandi. *Prima & se-  
cunda* §. 2. *Tertia.* Levi fuit filius Alphaei, non  
Matthaeus. §. 3. Levin a Matthaeo diversum fuis-  
se suspicati sunt jam olim *Heracleon Valentinianus*  
& *Origenes* §. 4, 5. & *Hesychius presbyter* §. 6. Et  
nonnulli ex recentioribus. §. 7. Probabile est Le-  
vi fuisse IUDAM Thaddaeum, dictum LEBBAEUM.  
§. 8. Quod probatur. *Prima ratio* §. 9. *Altera*  
§. 10. *Tertia* desumpta ex ipso nomine Judae Λεβ-  
βαι, cujus, etsi plures sunt interpretaciones, non  
tamen aliud est, quam *Levi*. Urbs Galilaeae *Lebba*  
vel *Jebba* §. 11. Levi esse Lebbaeum ut probetur,  
(K) ostenditur, Ebraeorum exprimi per Graeco-  
Hh 3 rum.

rum. §. 12. & deinde transire in β vel b. (Urbs *Tauris* terrae motu aliquoties concussa.) §. 13. Graeci Ebraeorum ז mutant in φ. Et Judaei ita pronuntiant §. 14. Graeci frequentissime permutant β. & V. §. 15. Et Latinorum V. transformant in B. §. 16, 17, 18. & φ. & F. cum B. confundunt. Id ostenditur in vocibus, quae à Graecis ad Latinos, aut Germanos, & vicissim transiere §. 19. Eadem permutatio locum habet apud Romanos §. 20. Quod confirmatur ex veterum inscriptionibus §. 21. & Numismatibus §. 22. His observatis ostenditur, quomodo ex Ἰ facta sint Λευι, Λεβι, λεβαιος, ΑΕΒΒΑΙΟΣ §. 22. An id suboluerit alicui ex Patribus? §. 23. Exhibetur duplex laterculus Apostolorum ex Cotelerio §. 24.

§. 1.

**D**Uobus in locis scriptorum Evangelicorum mentionem fieri deprehendimus LEVI vel LEVIS cujusdam ad Apostolatam a divino Sospitato nostro vocati, apud D. videlicet **MARCUM** Cap. II. vs. 14. sqq. & **LUCAM** cap. V. vs. 27. sqq. Ille vocat τον τῆς ΑΛΦΑΙΣ, i. e. Filium Alphaei. (a) Apud Lucam autem solum Levi nomen adducitur; sal-

(a) Neque enim moramur falsam lectionem, quam Victor Antiochenus in suis ad Marcum Commentariis ineditis, cujus verba J. B. Cotelarius in notis ad Constit. Apost. T. I. p. 409. adduxit, se legisse narrat, ei de Ιακωβον τον τῆς ΑΛΦΑΙΣ, qua in grande errorem fuit inductus, ac si Jacobus Alphaei non fuerit alius a Matthaeo.

saltim in vulgatis codicibus. In codice enim Cantabrigiensi iisdem verbis quibus utitur Marcus, Parentis ejus Alphaei quoque fit commemoratio. Uterque eum in publicanorum ordine collocat, narratque, quomodo cum in telonio sederet, a Christo ut se sequeretur, jussus, huic mandato actutum obtemperaverit; deinceps autem, cum apud eum esset Dominus, hujusque cum id genus hominibus familiare commercium aegre ferrent scribae & Pharisei, sui instituti rationes defenderit, ostendendo, sanos non egere medico, sed aegros, neque venisse, ut justos ad paenitentiam invitaret, sed peccatores. Eandem propemodum historiam cum iisdem fere circumstantiis de Matthaeo enarrat D. Matthaeus c. IX. vs. 9. sqq. Atque inde factum est, ut plerique & tantum non omnes divinarum paginarum interpretes in eas cogitationes inciderint, Levin nostrum haud alium a Matthaeo fuisse. Opinionem autem hanc longe antiquissimam esse, inde patet, quod ea in constitutionibus Apostolicis, quas vocant, L. VIII. c. 22. affirmetur.

§. 2. Sunt tamen rationes, quibus factum est, ut, cum de hac re his diebus cogitarem intensius, visum fuerit de eo dubitandum esse. Nam (α) primo observabam Matthaeum nunquam dici Levin, vel Levin vicissim appellari Matthaeum. Ne id quidem fit in ipso

integro Apostolorum catalogo, qui apud  
 Matth. cap. X. vs. 2. & sqq. occurrit. Ejus  
 autem rei vix ratio dari posset, si non Levis di-  
 versus fuit à Matthaeo. Frigida enim illa  
 est, quam Victor habet Antiochenus, cujus  
 verba ex inedito ejus in Marcum commenta-  
 rio adducit Cotelerius ad Const. Apost.  
 L. VIII. c. 22. *Quod Marcus & Lucas veteri  
 quadam denominatione voluerint nomen Matthaei  
 obtegere. Ipsum autem Matthaeum, ea, quae ad se  
 pertinebant, enuntiaturum manifestasse vulnus  
 suum, dicendo; & vidit Matthaeum PUBLI-  
 CANUM.* Adde quod id nominis omnino  
 non videatur omittendum fuisse ex more lo-  
 quendi Evangelistis consueto. Uti dicitur  
 Σιμων ὁ λεγομενος Πελρος Matth. IV: 18. X: 2.  
 vel Σιμων, ὃν καὶ ὠνομασε Πελρον Luc. VI: 44.  
 & Λεββαιος, ὁ ἐπικληθεις Θαδδαιος Matth. X:  
 2. Cur nunquam legimus Ματθαιος ὁ λεγο-  
 μενος Λευι, vel Ὁ Λευι, ὁ ἐπικληθεις Ματθαιος,  
 si Matthaeus fuit Levi? Observo (β) prae-  
 terea toties, totiesque à Pharisaeis Christo ex-  
 probrari necessitudinem, quae ei μετα των  
 ΤΕΛΩΝΩΝ, non cum publicano, sed publicanis  
 intercedebat. Vide Matth. IX: 11. XI: 19.  
 Marc. II: 16. Luc. V: 30. VII: 34. Vix au-  
 tem fieri id potuisse diceres, si non in Apосто-  
 lorum, quorum consortio & consuetudine  
 Christus ut plurimum utebatur, choro, plu-  
 res uno fuissent publicanorum collegio adscri-  
 pti. Fuisset autem unicus tantum in Christi  
 le.

legatorum numero publicanus si Matthaeum eundem facias cum Levi, si autem hunc ab illo statuas diversum, vides, qua ratione, Christus suis tantum utens Apostolis dici potuerit conversatus esse μετὰ ΤΩΝ ΤΕΛΩΝΩΝ.

§. 3. Denique (γ) si Levi ille fuisset Matthaeus, Matthaeus fuisset filius Alphaei, vel, quod idem nominis est, Cleophae. Audivimus enim ΛΕΥΙΝ dici τὸν τῆς ΑΛΦΑΙΣ, apud Marc. II: 14. ut & Lucam V: 27. Si auctoritate codicis Cantabrigiensis standum esset.

At vero, quando ejus filii recensentur Matth. XIII: 55. & Marc. VI: 3. Matthaeus prorsus omittitur. Ita enim ibi legimus, *Anne Mater ejus (Christi) dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus, & Joses, & Simon, & Juda?* Vides hos quatuor enumerari filios Cleophae, vel Alphaei, qui uxorem duxerat Mariam, sororem matris Domini, quae vocatur ἡ τῆς Κλωππῆ Joh. XIX: 25. quique ob propinquam hanc cognationem dicebantur Jesu Christi fratres, ut patet ex his locis & Matth. XII: 46. 47. In illa autem recensione familiae Alphaei nulla est mentio Matthaei. Si autem ad eam pertinuisset quoque Matthaeus, cur omittitur apud utrumque Evangelistam? praesertim cum τῆς Joses meminerint qui tamen non fuit apostolus. Si hic non negligitur, cur neglectum dicas Matthaeum, qui inter Apostolos juxta & Evangelistas locum obtinuit haud postremum? & si for-

tassis illud neglectum fuisset à Marco, non tamen verosimile est, id omissum fuisse ab ipso Evangelii scriptore Matthaeo, qui non poterat non ingenti sibi honori ducere, principibus misceri Achivis, & inter DOMINI Fratres numerari. Quemadmodum autem Matthaeus ipse in hoc loco non tantum sibi honoris tribuit, ita id neque ab aliis factum est, cum nullus sit qui eum adscribat Christi familiae, vel titulo *Fratris Domini* insigniat. Ex quibus tuto me inferre posse puto cum Levi fuit Alphaei filius, Matthaeus autem talis non fuit, quod ex adductis satis constat, Levin nostrum a Matthaeo fuisse diversum. I. Q. E. ostendendum.

§. 4. Atque his fortassis aliisque rationibus inducti fuere nonnulli, etsi numero sunt paucissimi, ut a Matthaeo Levin distinguerent. Inter veteres id factum olim est ab Heracleone Valentiniano, cujus verba adducit, neque improbat Clemens Alexandrinus Stromatum L. IV. p. m. 502. ed. Paris. a. 1641. cum enim locutus esset, de iis qui martyrium quidem non obiere, sed tamen voce *ὁμολογήσαντες* την δια της φωνης ὁμολογίαν, addit; ἐξ ὧν ΜΑΤΘΑΙΟΣ, ΦΙΛΙΠΠΟΣ, ΘΩΜΑΣ, ΛΕΥΙΣ, καὶ ἄλλοι πολλοί. Sic Origenes L. I. contra Celsum p. 48. ed. Cantabrig. Levin Apostolorum eximit numero, quando scribit. Ἐσὼ δὲ καὶ ὁ Λεβης πλεονης ἀκολουθήσας τῷ Ἰησοῦ, ἀλλ' ἐπιγεῖ τὰ ἀειθμὰ τῶν ἀποστόλων αὐτῶν ἦν, εἰ μὴ κατὰ πινὰ τῶν ἀποστόλων

τὸ κατὰ Μάρκον Ἐυαγγέλιον ἵτις ὁ Levi publicanus  
 qui Jesum secutus est; non erat tamen ex Aposto-  
 lorum numero, nisi juxta quaedam exemplaria se-  
 cundum Marcum Evangelii.

§. 5. Videntur haec pugnare cum iis quae  
 ex Origene, cum in Catena Patrum in Mat-  
 thaeum a P. Possino edita Tolosae a. 1646. ad  
 Capitis noni comma nonum, tum in ejusdem  
 explanationis in epistolam ad Romanos prae-  
 fatione leguntur. Utrobique enim vulgarem  
 sequitur sententiam, Matthaeumque cum Le-  
 vi facit eundem. Hoc itaque ἐναντιοφάνας ut  
 tollat, Origenemque cum Origene conciliet  
 Joh. Bapt. COTELERIUS in notis ad Gon-  
 stit. Apostolicas L. VIII. c. 22. per con-  
 cessionem postrema verba dicta esse putat,  
 hoc fere sensu; Detur Levin publicanum asse-  
 clam Christi, alium esse à Matthaeo pariter publi-  
 cano, at Levis tamen nomen in Catalogo Apostolo-  
 rum non exstare, si excipias quosdam Marci codi-  
 ces. Idem quoque suspicatur ab Heracleone  
 non innui Levin illum, Alphaei filium, cujus  
 Marcus & Lucas meminere, sed librariorum  
 negligentia factum esse, ut Levi scriberetur  
 pro Lebbaeo, atque ita Judas Thaddaeus,  
 qui & Lebbaeus dicitur, innuatur. Atque  
 haec sententia arrisit Episcopo Assaphensi,  
 quique hunc laudat. Henrico Dodwello in diss.  
 ad Irenaeum, & Th. Ittigio in hist. eccl. saec.  
 I. p. 455. Atego arbitror, & Levin publi-  
 canum, & Judam Thaddaeum indigitasse He-

Heracleonem, etsi solius meminit Levi, quod qua ratione potuerit fieri ex dicendis confestim apparebit.

§. 6. Levin quoque nostrum à D. Mattheo alium existimavit atque in collegium septuaginta discipulorum cooptavit, Hesychie presbyter Hierosolymitanus, qui circa initium saeculi septimi floruit, ceu constat ex eius συμφωνεία Ευαγγελική, Harmonia evangelica, ex qua nobis συναγωγήν ἀπολων καὶ ἐπιλυσεων dedit laudatus J. B. COTELERIUS, in monumentis eccl. Graecae T. III. In illa pag. 10. haec proponitur ἀπολω. Πως τον ἀπολων κληθεντα μαθητην, Λειν Αλφαις ὁ δεκάς καλει, μηδεν ἰων δωδεκα οὕτω καλεμενος, Quomodo Lucas discipulum a telonio vocatum, Levin Alphaei vocat, cum nullus Apostolorum ita sit appellatus? Sequitur autem haec λύσις; Εἰ καὶ τρετον ἐκ τῶν ὁ εἶναι, ὅυ γαρ ἕνα τελωνην, ἀλλος καὶ πολλος εἰς μαθητῶν ο χεῖς ἐκαλησεν. Ὅθεν καὶ ὡς τελωνων φιλοῦ ὠνειδιζετο. Ὅυθεν δε ξενον, τοις αὐτοις ῥημασι τον χεῖσον περὶ ἐκάτερον μαθητην χρησοθαι. *Verosimile est hunc esse e numero LXX, discipulorum. Neque enim unicum publicanum, quia multos ad discipulatum vocavit Christus. Quocirca ut publicanorum amicus infamabatur. Nihil autem mirum, iisdem verbis Christum ad utrumque discipulum usum fuisse.*

§. 7. Hos e recentioribus secutus est Vir summus H. Grotius, suamque opinionem in notis ad Matth. IX: 9. haud perfunctorie adstruxit, arbitratus Levin non quidem adnu-  
me-

merandum esse Apostolorum choro, sed tamen aliis Christi viventis sectatoribus. Quamvis vero eam ob sententiam haud leviter vapulet Cotelerio & Calovio, favet tamen illi Theologus Argentoratensis J. C. *Danhauerus* in *Christeide* pag. 110. Celeberimus CLERICUS in notis ad *Hammondum* in *Lucam* p. 180. Grotii sui sententiam ab *Hammondo* derelictam miratur, additque *Matthaeum* & *Levi* forte fuisse in eodem telonio, simulque habitasse. Utrumque videri vocatum a Christo, & ab utroque domi convivio exceptum, sed *Levi* in Apostolorum numerum adlectum non fuisse. Quare autem *Marcus* & *Lucas* omisso *Matthaeo* hunc adducant, fatetur se juxta cum ignarissimis scire.

§. 8. Gratulari mihi itaque haecenus habeo, quod non omnino desint, qui meam sententiam, qua *Levin* a *Marco* & *Luca* memoratum distinguendum esse a *Matthaeo*, adstruere conatus sum, suis comprobarunt suffragiis, nemo tamen hominum est, qui, quisnam ille fuerit, aperte nos docuerit. Historiae ejus vocationis a Christo institutae circumstantiae haud obscure innuunt, eum inter Apostolos quaerendum. De nullo autem horum fere quisquam cogitavit unquam, habuisse nomen *Levi*, praeter *Matthaeum*; Et praeter hunc cum ulla veri similitudine de nullo, ut tali, cogitari potest, si ab uno dis-

ces.

cesseris Juda Thaddaeo, Jacobi fratre, cujus cognomen etiam fuit LEBBAEI. Atque in hoc quidem illum, quem quaerimus, & indagandum, & reperiendum non levibus prorsus me puto inductum esse argumentis, ut credam.

¶ 9. Primum (A) enim deprehendo D. Matthaeum nunquam mentionem facere τὸ ΛΕΥΙ, meminisse autem Judae τὸ ΛΕΒΒΑΙΩ. Ex adverso autem Marcus pariter & Lucas meminere τὸ ΛΕΥΙ, nunquam autem τὸ ΛΕΙΒΒΑΙΩ. Inspice sodes Catalogum Legatorum Domini, quem uterque exhibet, ille quidem capite tertio, hic sexto, & deprehendes illum quidem meminisse Θαδδαιῶ, hunc τὸ Ἰσδα τὸ ΑΛΦΑΙΩ. De Lebbaeo apud utrumque altum silentium est. Unde conjicio, quem Matthaeus vocat Λεββαίον, non alium esse ab illo, quem reliqui vocabant Λευι vel Λεβι.

¶ 10. Porro (B.) Levin suum Marcus II: 14. appellat τὸν τὸ ΑΛΦΑΙΩ. Fuit itaque hic Levis unus ex Alphaei S. Cleophae filiis, qui dicebantur Domini fratres. Debuit itaque porro unus ex his quatuor esse, quos Matth. XIII: 55. & Marc. VI: 3. ut tales recenseris supra vidimus, vel Jacobus, vel Joses, vel Simon, vel Juda. Nulla autem adest vel umbra verisimilitudinis, ex qua colligeres vel Jacobum, vel Josen, vel Simonem gessisse nomen Levi. Adeoque nullus restat, nisi Judas noster, in quem nomen hoc quadret.  
Ipse

Ipsē Matthaeus Cap. X: 3. quando eum Λεβ-  
βαιον appellat, non obscure eum filiis accen-  
set Alphaei, medium ei locum adsignans inter  
Jacobum & Simonem, Alphaei sobolem.

Ἰακωβὸς ὁ τῶν Ἀλφαιῶν, καὶ Λεββαῖος, ὁ ἐπικλη-  
θεὶς Θαδδαῖος, καὶ Σίμων ὁ Κανανίτης.

Lucas pariter eum vocat τὸν τῶν Ἰακωβῶν, i. e.  
τῶν Ἰακωβί, Alphaei filii, Fratrem, quemadmo-  
dum hanc locutionem explicandam esse ex ti-  
tulo, quem ipse Judas Apostolus divinae suae  
epistolae praefixit, clarissime patet. Cum  
itaque Levi fuit filius Alphaei, inter filios au-  
tem Alphaei nemo potuit Levi esse, praeter  
Judam Thaddaeum, Lebbaeum dictum,  
plusquam probabiliter inde colligo, hunc  
fuisse Levi illum, a Marco & Luca comme-  
moratum.

§. II. Et quid multa? Vel ipsum hoc no-  
men (C) ejusque ἑτυμον huc nos manu vel  
invitos trahit. Scio varias ejus dari significa-  
tiones, quarum nonnullae frigidae satis, at-  
que insulsae sunt. Inter quas referas illam  
Bolduci, insignis anilium gerrarum fabri, a sy-  
nagoga quadam, quae *Labia* dicta fuerit, id  
nominis derivantis. Quidam ab Ebraica vo-  
ce אֵל, quasi *leonem* diceres, propter catu-  
lum illum Leonis in Genesi XLIX: 9. cele-  
bratum, arcessendum volunt, inter quos est Se-  
rarius. Alii cum Hieronymo Lebbaeum di-  
ctum putant à אֵל, quasi *corculum* dicas,  
uti olim inter Romanos P. Nafica dictus est.

His

His omnibus praestare putes conjecturam J. Ligtfooti, qui in horis ad Matth. X: 3. ita dictum censet ab oppido Galilaeae maritimo *Lebba*. Illius meminisse observat Plinium H. N. L. V. c. 19. *Promontorium Carmelum* & in monte oppidum eodem nomine, quondam *Ecbatana* dictum. Juxta *Getta* (quae sine dubio est Γεττα, quam Polybius in excerptis L. XVI. πολιν Παλαιστίνης vocat) est *LEBBA*. Ligtfootum secuti sunt complures S. Tillius ad Matth. X: 3. Fr. *Burmannus* P. de apost. p. 151. Fr. *Spanhemius* Hist. Eccl. L. I. c. 6. Sed nondum evictum est, urbem ejus nominis in Galilaea existisse unquam. Non enim in Plinio commemoratur urbs *Lebba*, sed omnes editiones, ipsa etiam praestantissima illa *Harduini*, habent *Jebba*. Neque scio codicem exaratum manu extare, qui aliam lectionem exhibeat. Praetulerim itaque Ligtfootianae sententiae, illam, quam *Matth. Hillerus*, in onomastico suo, bonae frugis libro, habet, qua vult *Λεββαιον* dictum esse, quasi *קבלי*, hoc est *Cordatum*, ad formam adjectivorum *קלע*, *קל*, *קלע*. Sed, ut quod res est, dicam *Λεββαιος* non aliud nomen est quam *קלע*, *LEVI*, quo jam ab antiquissimis temporibus Patriarchae Jacobi filius insignitus fuit.

§. 12. Id autem, ne quisquam temere a nobis asseri, putet, quomodo à *Λεββ* factum sit *Λεββαι*, paulo plenius nunc ostendendum

dumerit. Notemus itaque (1) literulam  
 υ in Δεϋς expressam esse ex in voce יו,  
 adeoque non ut γ. sed ut v vel f vel φ, si-  
 ve ut digamma Aeolicum pronunciandum.  
 sic Jos. XVIII: 12. בית אב, Bethaven  
 τοις ἐβδομηκάντῃ est Βηθαύν, בית אב  
 εὐλατ, בית אב Eva, ישׁו הָאָב, Esavus. Ita  
 Ἐϋανθῆς, Νινεϋε, Εὐαγρίος, ναυαρχῶ, Ἐϋαθ-  
 λῶ, Εὐασῆρ, Εὐοδιανῶ, Εὐαίος, Εὐαγγελίον,  
 Εὐαγορεῖς, Est Evanthes, Ninive, Evagrios,  
 navarchus, Evathlus, Evaster, Evodianus, Evā-  
 th, Evangelion, Evagoras. Hinc Buxtorfius in  
 Thef. Grammatico p. 21, 22. recte approbat  
 morem Rabbiorum, qui sine diphthongo  
 ישׁו יקו, יקו, שלו, פִּי, יקו, שלו, שלו,  
 legunt, Esav, Kaf, jekaf, schelaf, pis, jekave,  
 schelavim, schalve legunt. Confer, J. R. Wet-  
 stenii Or. de pronun. L. Graecae IX. p.  
 210, 211. Addo η, vas, quae vox uncum no-  
 tat aut harpagonem. Sic Casaubonus ad  
 Athen. L. IX: c. 13. monet, Clearchum νεϋ-  
 ρομητεας vocare, quod apud Suidam legitur  
 νεφρομητεας, ubi vides υ in φ commutatum.

§. 13. Porro (2) illud digamma, sive ut  
 v sive f sive φ scribatur, persaepe cum lite-  
 ra B commutatur. Indicabo haec verbis vi-  
 ri sui nominis Hug. GROTH in Matth. I:  
 6. B litera hic locum obtinet τῶ διγαμμοῦ, quod  
 jam scribi desierat, itaque Graeci ipsi literam sex-  
 tam, quae nunc in numeris ordinem suum servat, at  
 alim in Alphabeto quoque eodem, quo apud Hebraeos

loco conspiciebatur, exprimebant hoc modo βαν, ut  
 ex Varrone & Didymo tradiderunt Cornutus, Ma-  
 rius Victorinus, Priscianus & Donatus. Patet id in  
 אברה & אורה velle, דאב & דורה languere,  
 פרבר & פרור, exterior loci pars. סרבל &  
 סרול, saraballum, אורקסין & אברקסין, brac-  
 cac, apud Targumistas, תסור & תסבר, the-  
 saurus. In Talmude hujus rei vestigia ex-  
 stant, ubi legitur הבאי & הוא & voces  
 בולבטין & ביבר est Graecorum βουλευτης &  
 Latinorum vivarium. In libro Estherae IX:  
 9. ויזתא redditur βασισα, רויך effertur in  
 N. T. Δαβιδ, à Josepho Δαβιδης. Inde qui-  
 dam יו in nomine illo ἀνεκφωγητω expresse-  
 runt per secundam Alphabeti literam. Sic  
 יו in Graecis codicibus Ιαυαν, & Ιαβαν.  
 Hinc ex יהוה factum est Ιαβε pro Ιαυε, un-  
 de Theodoretus quaest. XV. in Exodum,  
 Καλασι δ'αυτο Σαμαρειτας μεν ΙΑΒΕ, Ισδαιαι δε  
 Ιαω. Paulus Burgensis in libello quaest. XII.  
 de nomine יהוה quaest. i. illud explicuit  
 ΙΗΒΗ. Sic Ebraeorum נבל Graeci vertunt  
 ναβλα & ναυλα, & Ovidius Naulia, de qua  
 voce vide Politianum in Miscell. c. 14.

Ita inclyta Medorum urbs, quam multi pu-  
 tant memoratam in sacris literis Ecbatanam  
 esse, quae vulgo vocatur (b) TAVRIS a Per-

(b) Haec illa urbs est, quam relationes publicae nu-  
 per ad d. IX. Apr. ingenti terrae motu concus-  
 sam, funditusque fere deletam retulerunt. Val-  
 de

Perfis vocatur *Tabris* vel *Tebris*, ejusque cives dicuntur *Tabrizi*. Similem in modum Cl. HYDIUS in notis ad Peritzolii itin. mundi p. 48. *Maurum* dictum putat à עבר, quasi sit מעברי *Mabri*, tamquam si diceres *trajectorem, transfretatorem*.

§. 14. Porro Graeci ex lingua Ebraica voces suas mutuantes ב mutant in φ. Unde Bochartus in Geogr. Lib. I: c. 1. Phoenices  
 Ii 2 ces

de autem commemorabile est eam jam plus vice simplici triste idem fatum subiisse. Id enim factum est anno ab ejus exstructione LXIX. sive Christi 856. regnante Montevekel. Ab eodem autem cum instaurata esset annis postea 190. i. e. aerae nostrae 1046. una nocte de novo everfa est. Dignum autem est seria animadversione, quod Persarum scriptores memoriae prodiderunt Aboutaher, Astrologum Persam magui nominis id antea praedixisse, isto die & hora indicatis. Cum autem sentiret, vaticinio suo à populo longe alia sibi metuenti non haberi fidem, accessisse illum, qui tum summo cum imperio urbi praeerat, & rogasse, ut excedere urbe ejus incolas juberet, minis etiam additis. Quas cum plerique spernerent ultra XL. mille sub ruinis aedium indicta horâ fuisse sepultos. Addunt simul id ab eo vate fuisse assertum, nunquam amplius ejusmodi terrae tremorem huic loco fore extimescendum. In quo tamen eum sane hodiernus eventus fefellit. Neque id incredibile nobis videri debet, numerum hominum nupero Climatia exstinctorum ad 250000 extendi, cum eam habitari à 550000, alii 1100000 scribant, certum sit. Vide CHARDIN Voyage en Perse T. II. p. 327. HERBELOT Bibl. Orient. in voce *Tabris*, & de ipsa urbe itinerariorum scriptores. T. d. H.

ces dictos vult quasi עֲנַק בני, filios Anak, qua occasione ille adducit φρεαρ, puteus ex Ebr. באר Beer, φαλαιαι, balaenae ex Syro בעלי נון, quasi piscium Dominus, ἀρφα, quae vox apud Hesychium est, arrhabo, pro Ebraico ערבה, Sic Πρωφι, φαρμτεωθ, φαρμθι, ἐπιφι, pro באבה, Babe, ברמהאר, Barmas bath, ברמודה, Barmude, אביב, Abib, pro totidem nominibus mensium Aegyptiacorum dici idem notat. Nucem, quam Persae dicunt בסתק, Syriקסת, Graeci πικκία, quae vox hodie adhuc apud nos in usu est, Nicandrum scribere φικκία observat Athenaeus. Praeterea recentioris aevi Judaei etiamnum ב pronunciant, instar φ vel F. v. gr. רב, טוב, גות, אבות, אבה, בבלי, legunt Raf, Tos, natif, avotb, vel avos, bava, zabaf, baseli.

§. 15. Ejusmodi autem permutatio literarum β & γ sive φ apud Graecos est frequentissima. Quamquam enim non possum cum iis consciscere, qui v. veteres pronuntiasse putant, ut f, eumque pronuntiandi modum sequuntur etiamnum, v. gr. ἀντφ legentes astos, hodiernis tamen Graecis id in usu esse negari nequit. Julianus Imp. in Or. II. p. 72. editionis Spanhemianae de litera V. scribens, ὀνομαζοσι δε, inquit, αὐτο ὄου καὶ χρωνται ἀντι βητα πολλακις προσπνευσεως οἰμαι πνφ ἐνεκα, καὶ ἰδιοτιτος γλωσσης. Vocant autem eam literam V. qua pro B saepius propter spiritum, ut arbitror, φ linguae proprietatem utuntur. Patet hoc

ex

ex innumeris exemplis; Urbs Sicanorum Herbesus, dicta secundum Bochartum quasi  $\text{חבשה}$  *Har-bessa*, mons foveae, alii autem legunt Vessa, sicut Polyaeus vocat  $\text{Ουεσσιν}$ . Vologesus Parthorum rex vocatur  $\text{Βολογαισις}$  vel  $\text{Βολογεσις}$  vel  $\text{Βολογεσσος}$  à Josepho, Dione, Aristide, Jamblichio apud Photium, Stephano, Zonara, &  $\text{Ουλογεσις}$  vel  $\text{ουλογαισις}$  apud Lucianum & Xiphilinum, & in nummo apud Ez. Spanhemium de praest. numm. T. I. p. 461. Uti urbs ab eo denominata, Ammiano Marcellino vocata *Vologesia*, Stephano dicitur  $\text{Βολογεσσια}$ . Democritus passim à Laertio, Suida, Origene vocatur  $\text{Αυδηριτις}$ , quam vocem cum Menagio in notis ad Laert. p. 405. non opus est mutare in  $\text{Αβδηριτις}$ . Loco  $\text{Αυασις}$ , quae sunt certa loca habitata in Aegypto apud Strabonem L. II. & XVII. multi legunt  $\text{Αβασις}$ , & hinc putant ortum nomen *Abessinae*. Abgari Regis Edessenorum nomen apud Dionem & Herodianum scribitur  $\text{Αυγαρη}$ . Sic scribitur  $\text{Λαβερα}$  &  $\text{Λαυρα}$ , unde Latina vox Labra, qua monachi cellas suas insigniunt,  $\text{μαβερα}$  &  $\text{μαυρα}$ ,  $\text{λαβερατον}$  &  $\text{λαυρατον}$ ,  $\text{Αυραριτις}$  &  $\text{Αβραριτις}$ . In Canonibus Concilii Carthaginensis Novatus modo  $\text{Ναυατος}$ , modo  $\text{Νοβατος}$ , & Laurentius jam  $\text{Λαβρεντι}$  jam  $\text{Λαυρεντι}$  scribitur. Urbs, quam Stephanus & Ptolemaeus vocant  $\text{Σαυην}$  vel  $\text{Σαυαν}$ , Plinio est *Sabe*, uti quae aliis dicitur  $\text{Σαββαθα}$ , Arabiae oppidum Ptolemaeo est  $\text{Σαυβαθα}$ .

§. 16. Hinc quoque factum est, ut quando Graeci praesertim recentiores Latinas voces suis literis exprimerent, V transmutaverint in B. Audiamus Simonem Portium in Grammat. linguae Graecae vulgaris, quae praefixa est Du Cangii glossario linguae Graecae, B effertur ut V. consonans, quod ex hoc maxime constat, quod Graeci dum B. Latinorum pronunciationem volunt exprimere in nominibus praecipue quibusdam ab ipsis Italis mutuatis, & à Graeca literali quam longe distantibus non utuntur β sed μπ quod apud illos sonat B. ut videre est in dictione Bombarda, quam nostri Graeci sic scribunt μπομπαρδα. Haec ille. Fidem hujus rei facient vocabula Latina, quae recentiores Graecisua civitate donarunt, vel ex solo Ducangii glossario depromta; v. gr. βαδα, vada, βαδιον, vadium, βακαντης, Vacans. βακανηβ, Vacantivus, ignavus, βαγαγγοι, Vargi, βεζηειδες, Vezirii, βεκαει, Vicarius, βεκηγαλι, Vectigalis, βελον & βηλον, Velum, βηλαειον, Velarium, βελαν, Villanus, βενδικτα, Vindicta, βενεπαν, Venetianus, βενεπος, Venetus, βενεφικιον, beneficium, βενεφικιαλι, beneficialis, βενινον, Venenum, βενπια, Vindemia, βεξιλον, Vexillum, βερρα, Virga, βερεδ, Veredus, βερεδαι, Veredarius, βερειδαειον, Viridarium, βερονικη, veronica, βερυτι, Verutum, βεσις, Vestis, βεστιαει, Vestiarius, βηνατωρ, Venator, βεργυλι, Virgilius, βηπον, vitium,

Βιβαριον, vivarium, Βιγκας, Vincas, Βιγλα,  
 Vigiliae, Βιγλευειν, vigilare, Βικαριου, Vica-  
 rius, Βικενναλια, Vicennalia, Βικια, Vicia,  
 Βικου, vicus, Βινα, vena, Βινδιζ, vindex,  
 Βιολα, viola, Βικταλια, Victualia, Βιτπον, vi-  
 tium, Βοιβοδος, Voivoda, Βοκαλιος, vocalis,  
 Βολονταριος, voluntarius, Βοτα, vota, Βρεβιον,  
 breve, Cetera.

§. 17. Idem passim fit in antiquioribus li-  
 bris. Lambecius in catal. Bibl. Vindob.  
 L. VI. p. 15. e codice manuscripto vocabula  
 Juris Latina Graece continente affert δευητωρ  
 pro debitor. In concilii Carthaginensis de-  
 cretis legimus Βικτωρ, Βικεντιανος, Φλαβιος, Βα-  
 λεριος, κροδελτθεος, Βενουσιανος, Σιλβανος, σερβος  
 Δει, περιβλεζιον, Βρεβιον. i. e. Victor, Vicen-  
 tianus, Flavius, Valerius, Quod vult Deus,  
 Venustianus, Silvanus, servus Dei, privile-  
 gium, breviarium. Balsamon ad Can. 70. Trul-  
 Ianum habet Βελιανειον δογμα pro senatus  
 consulto Vellejano, Φερτιβα, furtiva, Βιποσσοα,  
 Vi possessa. In Sabae vita scripta per Cyril-  
 lum Scythopolitanum edita à J. B. Cotelerio in  
 Monum. Gr. T. p. 299. Βηλον pro Velum &  
 Βινδικες pro Vindices legitur. Herodianus  
 L. I. c. 2. §. 2. verissimum reddit Βηροσσι-  
 μιν. Strabo Geogr. L. V. Novum comum  
 reddit Νοβυκομυμ. Hesychius ορα vertit  
 ωρεα, ηινεμ, νηα. Vandali dicuntur Βανδαιοι  
 & Βανδηλοιοι. Urbem Maesiae, quam Eutropius  
 L. IX. c. 13. Viminacium vocat, & Ptolemaeus

οὐμίνακον, ea Procopio & Simocattae dicitur  
 βιμινάκιον. *Aventinus* mons Dionysio  
 Halicarnasseo vocatur ἀβεντινός. *Valere Zo-*  
*simo* scribitur ἑαληρε. *J. R. Wetstenius* in  
 oratione citatâ citat nomocanona suum manu  
 exaratum, in quo exponatur πρῶτον, ἰδικόν,  
 privatum, ἑίπον, ἐλαττωμα, vitium, ἑικπελα,  
 νικη, victoria, ἑετρενός, πεπαλαιωμενός, *Ve-*  
*teranus*. Immo beneficia confunditur ibi  
 cum veneficiis, dum βενεφικισαίς exponit ἐνε-  
 ρησαίς, ποιναίς. Ita *Moschopulus*, ἑεσία, inquit  
 παρὰ Ῥωμαίοις τὰ ἱματῖα, ἐξ οὐ καὶ βεσιαερον κυ-  
 ρως, ἐν αὐτῇ τὰ βασιλικά ἐνδύματα φυλασσονται.  
*Vesuvium* montem *Strabo* vocat ἑεσουβιον  
 & *Plutarchus* βεσβιον. *Vettonicam* *Plinius*  
*Dioscorides* βεττονική. Apud *Cedrenum* le-  
 gitur βεξιδάπωνες pro vexillatione & ἑεργία,  
 quasi, vergia, i. e. virgae, quibus in exercita-  
 tionibus utebantur milites. *Visurgis* noster  
*Straboni* vocatur βισσεργίς, uti *Vienna* *Allobro-*  
*gum* *Stephano* βιαννός & *Eusebio* βιεννα. *Ste-*  
*phanus* in voce μαρτυρῶ *Virgilium* vocat βιεργ-  
 λιον, sicut ita quoque ἑιεργιλία mentio fit in  
 monumento, quod olim in foro *Trajani* visum  
 fuit. Versum *Dionysii* in περηνγ. vs. 618.

Βυζαρες τα πρώτα, καὶ ἀγχοπὶ φυλα βυχερων.  
 Ita transtulit *Priscianus*.

*Buzeres primi*, quos juxta terra *Veibirum*. Sic  
 in veteribus *Glossis* καβιδαροι, cabitarii sunt  
 qui in *Cod. Just.* de excusationibus artificum  
 dicantur cavidarii.

§. 18. Apud Suidam quoque hujusmodi vo-  
cum haud parca seges est. Βακχαντης, vacans  
(explicat ὁ χολασης, hinc discimus originem  
vocis Bacchantis, qua olim studiosi in Acade-  
miis vocabantur) Βακχαντες, (de qua voce  
consule Full. Misc. L. II. c. 19.) Βαλεντιανος,  
Valentinianus: Βαλεριανος, Βενεβεντον, Βενε-  
πανος, Βερεδον, Veredum. Βεσπασιανος, Βεστια-  
ειον, Vestiarium, Βεστινοι, Vestini, Βεπερονος, Βε-  
εινη, Verina. Βηρ, Verus, Βικαειος, Βικτωρ,  
Βιτελιος. Βολυσκοι, Volsci. Κορβινος, Cor-  
vinus, uti & monet Romanos vocare κορβικας  
κορβες, i. e. corvos. Observatione dignus est,  
ejusdem Suidae locus, quem Latine adscribam.  
Βηρουνιον, Nomen urbis. Norici gens est, apud  
quam vastae molis aper divinitus immissus agrum  
vastabat. Quamvis autem omnes ipsum aggrede-  
rentur, nihil tamen proficiebant, donec quidam vir  
aprum prostratum in humeros imposuit. Norici ve-  
ro acclamarunt sua lingua, εις ανηρ. i. e. Vir unus  
Unde urbs ipsa Βηρουνιον, Virunium appellata  
Ex quo loco (c) clarissime patet V Graecos  
expressisse ut β, cum Vir mutarunt in βηρ. (b)  
Id quod & veteres nummi confirmant, in qui-  
bus Οκταβια pro Octavia, Σεβηρος pro Severus  
Φλαβιος, pro Flavius, Βαλεριανος pro Valeria-  
nus occurrit frequenter.

§. 19. Sic saepe in vocibus Graecis φ cum  
β permiscetur, v. gr. σφοβεω, & σφοβεω, υβος &c

li 5 κν-

(c) De commemorabili hoc loco sequenti fasciculo plu-  
ra monebuntur.

αυφος, gibbus, ἀσεμβης & ἀσεμφης, συμβαζω & συμ-  
 φαζω, βλαζω & φλαζω, κεφαλι & κεφλι. Unde  
 Caput & Κορφή / Kopp. Plutarchus id tri-  
 buit Macedonibus in quaest. Graecis Opp. T.  
 II. p. 292. Ου γαρ ἀντι τῷ φ τῷ β χρωνται Δελ-  
 Φοι, κατὰ περ Μακεδόνες βιλίππον, καὶ βαλακρον καὶ  
 βερον, κην λεγοντες, κ. τ. &c. Neque enim Delphi  
 pb utuntur pro b, SICUT MACEDONES bilip-  
 pum, balacrum, beronice dicentes pro φιλιππον Φα-  
 λακρον, Φερονικη. Idem docet Etymologici ma-  
 gni auctor in voce Αφροδιτι, ubi ait. Το ε τῷ φ  
 συγγενες εσι. Δηλον ἐκ τῆς Μακεδονας μεν τον φιλιππον  
 βιλίππον καλειν, καὶ τον Φαλακρον, βαλακρον. καὶ τῆς  
 Φρυγας βρυγας καὶ τῆς ἀνεμης διχ το φ οσαν φουσηταις ὄντας,  
 βυκταις. Ομηρος βυκταιων ἀνεμων. Haec ille.  
 Et rursus in voce Βεροια. Βεροια, inquit, πολις  
 Μακεδονων, ἣν φασι ἀπο φερητος τινος κτιθεισαν.  
 Φεροια καὶ κατὰ Μακεδονας, Βεροια, τῆσπι τῆ φ  
 εἰς ε, ὡς Φερενικη, Βερενικη, καὶ την κεφωλην, κεβαλην  
 λεγασι. Alias id quoque fieri idem monet, v.  
 gr. in voce Αμορβης, inquit, παρεχ την ὀρφην  
 ἀμορφνης, καὶ εἰλειπει τῆ ν, καὶ τῆσπι τῆ φ εἰς β,  
 ὡς εν τῷ κυφω, κυβος, Φερενικης, Βερενικης.  
 Vide eundem quoque in voce βλιμαζειν.  
 Confirmatur res eadem a vocibus, quae a  
 Graecis transiere ad Latinos. v. gr. Α θριαμ-  
 βος fit triumphus, a βασκανος, βασκαινειν, fa-  
 scinus, fascinare, ἀ βρεμω, fremo, ἀ βορμαξ,  
 formica, ἀ βερρης, verres, ἀ βάδω, vado, βαγεμειν  
 vagari, βαγιζειν, vagire, ἀμφω, ambo, οροβος,  
 Ervum, σφλωζειν libilare. Sic Graecorum

χα-

χαρππος est Latinorum *torvus*. Ex Πολφος ve-  
 nit pulpa, ex Βαμμα, Βαππα, vappa. Neque mi-  
 nus, ex iis, quae vel Ebraeis à Graecis ad Ger-  
 manos, vel ab his ad illos translatae sunt. βο-  
 ριαζειν & βρυττειν est nostrum *fressen* / *vreten*,  
*freten*, ut Saxones mei loquuntur. βανδος, si-  
 gnum militare est *Fahne* / unde Βανδοφορος  
 Σανδριχ / Σαβλη, Tafel; κανναβις *Hanf*; δια-  
 βολος, *Teufel*; δειαμβος, *Triumff* / ελιζειν, *fliessen* /  
 βελος, *Pfeil* / σερβειν, *stampffen* / φεβειν, *φοβειν*,  
*beben*; nos dicimus *beven*. φερειν *ferre*, hinc  
*baar*, vel *böhre*, ut nos pronunciamus i. e. fere-  
 trum. βαλαν Graeci recentiores vocant equum,  
 quid ea vox aliud est, quam Germanorum *fül-*  
*len* / quod in inferiori Germania exprimimus,  
*fahlen* / unde nomen Westphaliae ortum,  
 quod ejus duces in insignibus pullum equinum  
 ostenderent, observarunt nonnulli. Sic a 77 est  
*Pferd* / a 77 abundavit, est piscis ein *Fisch*;  
 Et illa permutatio locum habet in vocibus,  
 quae a superioris Germaniae vocibus ad Cau-  
 cos nostros transiere, & vicissim; v. gr. *Uffe*;  
*Ape*; *schreiben* / *scrifen*, *treiben*; *driven*,  
*lauffen* / *loopen*, *Dieb* / *Deef*, *Schaaf* / *Schaap*,  
*schlafen* / *flaapen*, *Lieb* / *Leef*, *Schiff* / *Schip*,  
*sieb* / *seef*, *rübe* / *reeve*, *glauben* / *gleeven*,  
*Haupt* / *Heeft*, *schreiben* / *schrieven*, & sexcen-  
 tis aliis.

§. 20. Neque minus illa literae B cum F  
 vel V permutatio obtinet inter Latinos.  
 Olim ADAMANTIUS Martyrius integrum  
 librum

librum de hac de scripsit, cujus excerpta exhibet Cassiodorus in collectaneis de Orthographia, quae in collectione Grammaticorum Putschiana pag. 2295. sqq. leguntur. Priscianus in eadem Putschii editione pag. 547. Et apud nos, inquit, quoque invenire est, quod pro V consonante B. ponitur. Hinc Bernam, non vernam, besicam non vesicam, nebum non neuum, manuvias non manubias, balbas pro valvis scribere injunxit, eam ob rem castigatus Lipsio de pronunt. L. Lat. pag. 57. SALMASIUS ad Vopiscum p. 676. antiquos Cabeam pro cavea, albiū pro alveo, albiolum pro alveolo, & alibi pag. 730. Cabatoribus pro cavitoribus, Conniventiam pro conniventia (quod & aliquoties in Rabani Mauri glossario, sicut & incurbat pro incurvat occurrit) fulbum pro fulvo, scripsisse observat. In antiquis codicibus promiscue scribi Bavius & Vavius, Bacchus & Vaccus, Fabius & Vavius, Vitrubius & Vitruvius notat Pierius ad Virg. Ecl. III. vs. 90. In glossario Stephani Bacca pro Vacca, in glossis Philoxeni Διμαρτοι, Bibilles pro Bivillis, Bispelliones pro Vespillones, In lexico, quod dicunt Cyrilli, Adulteriae Clavis pro clavis, livamen pro libamen, deglavo pro deglubo, Valvus pro balbus, valvucio pro balbutio scriptum est. In Pandectis Florentinis frequenter haberi Bobis, vervis, Verutiensis, jubantur, ubas, vibebat, cabillatio, negatiba, sivi, venigna, videbatur, alvescente, favia lex, Faviana, averit, viduum, vajulat pro vobis, verbis, Berutiensis, judantur, uvās, vivebat, cavillatio,

latio, negativa, sibi, benigna videbatur, albescente, Fabia, Fabiana, aberit, biduum, bajulat &c. ab aliis notatum est. In Tertull. de pall. *Virus*, videns, infamaris, pro *virus*, *videns*, *infamabis* legitur. Dicimus *Vatillum* & *batillum*, *Vasternas* pro *Basternas*, *ferbeo* & *ferveo*. Insula Aethalia, quam Virgilius & Plinius *Ilvam* vocat, Solino dicta est *Ilba*. Nonius vocat *plevitatem* quod Catoni est *plebitas*. Idem ex Lucilio *Vulgam* adducit pro *Bulga*, *Fruges* dici *bruges* Quintil. L. I. c. 6. Inst. Orat. docet. Beda scribit *Berbenam* incipere utramque syllabam a B, cum tamen alii scribant *Verbenam*. In Glossis antiquis *ροβαν* explicatur *berbix*, quod est *vervex*, sicut & in antiquissimis atque optimae notae Codicibus *berbicem* pro *Verbece* legi testatur Salmasius ad Vop. p. 592. *Vascones* vetus Poeta apud Max. Victorinum de metri ratione vocat *Bascones*. *Bulbae* pro *vulvis* legitur apud Lampr. in Heliog. c. 21. & ita habet Naevius apud Macrobius. *Vettonicam* Plinii Dioscorides appellat *Βεττωνικην*. *Vexoris* Aegypti Rex apud Justinum aliis appellatur *Bexoris*. *Volscos* Paeanius vocat *Βολυσος* & *Βυλυσκος*. Braunius in Sel. S. p. 468. *Venus* idem esse, quod *Bonus* suspicatur. Montes, quos. Caesar, Aufonius, Lucanus, Plinius vocant *Gebennas* vel *Gebennicos* nunc dicuntur *Sevennes* vel *Cevennes*. Ex hac observatione nonnulla veterum loca restituere conatur Rutgersius in Lect. Venus, c. 8. Eaque elocutio locum

ha.

habet apud Hispanos, qui pronuntiant be-  
ftiam, *vestiam*, bene, *vene*, vitam, *bitam*, vac-  
cam *baccam*, bonum vinum, *vonum binum*  
Et Hydius ad Peritzolium p. 49. testatur ex  
ore Sallii, Professoris Salmanticensis se audi-  
viffe in Collegio Salmanticensi in quotidiana  
mensae benedictione inter cetera pro *Benedi-  
ctus fit Deus, qui vivit in saecula, dici Venedictus  
fit Deus, qui bibit & regnat.*

§. 21. Et, si quis adhuc dubitet B & V  
commutari, in veterum inscriptionibus id re-  
periet frequentissime. Lipsius se in illis vidisse  
oculis suis testatur scriptum DANUVIUS,  
VASE, VENEMERENTI, PLACAVILE  
pro Danubius, vase &c. & contra BIBA, CI-  
BICA, UNIVERSVS, ATABIS, SIBE, PRO-  
BINCIA. ALBEI, CABATORES, pro Vi-  
va, Civica, universus, Atavis, sive, provin-  
cia, alvei, cavatores. Ita *Minerbae* pro Mi-  
nervae legitur in Ichnographia Veteris Ro-  
mae à Bellorio edita. Farraginem ejusmodi  
exemplorum exhibet vel index Gruterianus  
ubi praeter adductas voces invenies *Abe, ad-  
signabit, baleas, bela, benantia, beneficio, berna, bi-  
bas, bixit, Boltinia, consacraberunt, curbati, dedi-  
cabit, flavialis habe, inbidto, jubentutis, lebo, Octa-  
bius, pelbem, bibos, vibus, sebera, seberus, serbus,  
conserbus, sibe, verbecem, viba, viba, viba, vibus &c.* in  
quibus omnibus loco B. ponenda esset litera  
V. Et rursus, *avenas, devitum, Favius, incompa-  
ravili, placavile, plevi, transdanuviani, Urvinum,*  
in

in quibus reponas loca V. literam B. Paritet  
 Reinesii Inscriptionum operis index sequen-  
 tia exempla suppeditat; *Ababo, Abentias,*  
*Abienus, abita, Albidii, Atabo, Baleria, Balerius,*  
*Barus, Bedua* (pro Vidua) *bendit, Beneriae,*  
*Benerosa, Beniae, Beronice, Bernaclatae,* (pro Ver-  
 naclae) *Bibantia, Bibates, Bibiane,* (pro Vibiana)  
*Bibius,* (pro Vibius) *Bitorinus, Biginti, Bin-*  
*centi, Birginus, Βιρκεννω, Birgo, Βιραλις, Bir-*  
*no, Bibo, Boluseae,* (pro Volusiae) *Elbia* (pro  
 Helvia,) *Habiae, Flabieno, Libius, Naebia, Primi-*  
*tibus, reberenti, Salbius* &c. Quae si legere velis  
 B. mutanda rursus in V. Et ex aduerso *Davit,*  
*duvius, orvius, Vassilia* (pro Bassilla) *Velovaci*  
 (pro Bellovaci) *Vennius, Vivius,* (pro Vibius)  
*Vone* (pro Bonae) *Vritiae,* pro Brittae vel  
 Bruttiae. In quibus restituenda rursus B.  
 Adde, quae in hac causa collegerunt *Lauren-*  
*bergius* in Antiq. p. 49. *Sponii* Miscell. p. 184.  
 & *du Cange* Gloss. med. Latinit. p. 415.

§. 22. Idem etiam usu venit in veterum  
 nomismatibus; Sic in nummo Gallieni aere  
 minoris moduli apud *Morell*, in specimine  
 Tab. XXII: p. 221. IVBENTUS AVG. pro  
 Juventus, BENERI GENETRICI pro Ve-  
 neri apud eundem in ed. Paris. p. 9 DANU-  
 VIUS in nummo Constantini M. apud *Oise-*  
*lium* in Thes. Numism. T. XXIV. n. 4. Sicut  
 & in nonnullis Trajani. In nummo Valenti-  
 niani apud *Tristanum* T. III. p. 612. RENO-  
 BATIO URBIS ROMAE, ut in aureo quo-  
 dam

dam Theodosii nummo GLORIA ORVIS  
 (pro orbis) TERRARVM. In nummis Va-  
 lentiniani occurrunt hae literae C. O. N. O. B.  
 Haec alii explicarunt aliter. Sed si Cedreno  
 fides in Theodosio ita sunt legenda. *Civita-  
 tes Omnes Nostrae Obediunt Benerationi.* Ita enim  
 Ὅπτα ἐν τοῖς νικαελοῖς τὰ νομισματῶν ὑποκει-  
 μενα Ῥωμαϊκὰ γράμματα δηλοῦσι ταῦτα. Το Κ κι-  
 βιτατις. Το Ο ὀρνις, το Ν νοστρω το Ο. ὀβεδιαντο, το  
 Β. βενεεραπονι. Vides scribi κιβιτατις, βενεεραπονι.  
 pro Civitatis, veneratione.

§. 23. Sed ohe. jam satis est. Immo satis  
 superque, quam satis est, grammaticati sumus.  
 Redeundum ad institutum nostrum. Nimi-  
 rum, his nunc animadversis nihil est pronius,  
 expeditiusque, quam ostendere, quomodo  
 ex Ἰ factum est Λεβιαι. Id enim nomi-  
 nis translatum est Graece Λεβι vel Λεβις, &  
 pronunciatum Levi. Cum autem facillima  
 & maxime vulgaris esset permutatio digam-  
 matis Aeolici, in B. inde natum Λεβι, quod  
 scilicet, ut Ausonius loquitur in Id. XIII.  
 esset

*Cecropiis ignota notis ferale sonans V.*

Atque in ea sententia eo confirmor magis,  
 quod videam Theodoretum quae est. XVI. in  
 Numeros ita egisse Θεοδωροῦ ο καὶ ΛΕΒΙ; sci-  
 licet in editione prima Graeca Par. 1558.  
 quamquam in Graeco Latina Sirmondi lega-  
 tur Θεοδωροῦ ο καὶ Λεβιαι. In editione la-  
 tina

latina Coloniensi a. 1573. legitur *Thaddaeus*, qui etiam *Levi*, ubi perperam interpres Johannis Picus addidit, pro *Thaddaeo legendum videri Matthaeus*. Sic & Origenes L. I. contra Celsum habet ΛΕΒΗΣ, ut visum est §. 4. Et ita lectum esse constat ex Syro interprete, qui habet ܠܒܝ *Labi*. Hinc itaque vulgari & Graecis usitatissima in nominibus propriis addita terminatione αῖ factum Λεβαῖς, sicut ita legitur apud Hesychium Hierosolymitanum apud Cotelerium in monum. Gr. p. 11. Cum autem apud Syros literae ad indicandam vocalem longam, praesertim β, saepe soleant addito dagesch geminari, ut patet in vocibus αῖββα, βαρββας, σιββατον, κ. τ. ε. hinc factum est ΛΕΒΒΑΙΟΣ, quam vocem hodierni Graeci pronuntiant Λευαῖς. Habes itaque ܠܒܝ, Λεβι, λεβι, λεβαῖς, λεββαῖς. Ex quibus omnibus subductis bene rationibus hanc facies cogitationum tuarum summam, *Levin* à Marco & Luca commemoratum non alium esse, quam apostolum, & fratrem Domini, auctorem epistolae, quae etiamnum in sacro codice N. T. penultimum locum obtinet, *JUDAM*, cognominatum alias *Thaddaeum* & *LEBBAEUM* J. Q. E. O.

§. 24. Quamvis autem nemo a nobis sit repertus recentioris aevi scriptorum, cui in mentem venit illius sententiae, tamen illa veteribus non prorsus videtur peregrina atque inco-

gnita fuisse. De Theodoro id colligas ex  
 iis, quae §. praecedenti monuimus. Et,  
 quisquis verba illa Origenis, quae paragrapho  
 leguntur quarto, consideraverit, haud vane  
 ex iis colliget, vel Marc. II: 14. Λευιν in qui-  
 busdam exemplaribus quoque vocatum Θαδ-  
 δαιον, vel Marc. III: 18. τῷ Θαδδαιῷ addi-  
 tum fuisse Λευιν, sicut & in codice Cantabri-  
 giensi, qui Theodori Bezae fuit, etiamnum  
 legitur ΛεββαιϞ adjunctus. Sed haec plane  
 incerta sunt. Unicus omnium, quem aperte  
 mihi assentire deprehendi, est auctor laterculi  
 apostolorum, quem ex codice regiae biblio-  
 thecae Parisiensis Cotelerius imprimi fecit in  
 Monum. PP. Apost. ad Const. Ap. L. II,  
 c. 63. Ego hunc integrum lectori exscribam,  
 quod ille liber in paucissimorum manibus ver-  
 setur.

- α. ΠετρϞ, ὁ καὶ Σίμων, καὶ Κηφας καὶ Συμῶν.
- β. Ἀνδρεας, ἈδελφϞ αὐτοῦ.
- γ. ἸακωβϞ, υἱϞ Ζεβεδαιου, καὶ Ἰωαννης δ' ἐκασ-  
 ληντο δια το ἑσπερευεις, υιοι βροντης.
- δ. Φιλίππος, ὁ ἐν Ἱερουσαλει.
- ε. ΒαρθολομαίϞ, ἕτος Ἰνδου διδασκει.
- ς. ΜατθαιϞ, ὁ πελωνης.
- η. Θωμας ὁ καὶ Διδυμος, Πάρθοις καὶ Ἰνδοις.
- θ. ἸακωβϞ Ἀλφαιου: ἑρμηνευεται δε μαθητης  
 ζωης.
- ι. ΘαδδαιϞ ἕτος παρὰ μιν τῷ Ματθαιῷ Λεβ-  
 βαιος καλεεται. παρὰ δε τῷ Λεκα Ἰεδας  
 Ἰακω-

Ἰακώβ. ΠΑΡΑ ΔΕ ΜΑΡΚῶ ΛΕΥΙΣ, καθημε-  
νος παρὰ τὸ τελωνιον. ἐρμηνεύεται; δ' ἀνη-  
σις, vel ἀνήσις.

*Thaddaeus; Hic à Matthaeo quidem vocatur Leb-  
baeus, à Luca vero Judas Jacobi; a Marco au-  
tem LEVIS, qui sedebat ad Telonium. Expo-  
nitur vero laudatio.*

Et pergit,

Ἰα: Σιμων ὁ Κανανίτης: σαυρῶ προσηλωθῆ.  
ὁ καὶ Συμεων καὶ Κλεωπας καὶ Ἰυδας λεγομενος.  
Ἰβ. Καὶ Ματθιας, ὁ ἀντι Ἰυδα εἰσαχθεις.  
Τελωνια, Ματθαιος, Ἰακωβος, καὶ Ἰυδας.

Ματθαιος λεγει αὐτον κεκληθῆσαι τελωνην. ὁ δὲ  
Μαρκος τον Ἰακωβον Ἀλφαις. ὁ δε Λεκας ἐν τῷ λῆ  
κεφαλαιῷ τον Λευιν, ὡς καὶ ὁ Μαρκος ἐνομαζει ἐν  
δε τῷ μδ' Ἰυδαν Ἰακωβ. *Matthaeus dicit se vo-  
catum publicanum. Marcus autem Jacobum Alphaei  
commemorat. Lucas vero in Capitulo 38. LE-  
VIN, quomodo etiam nuncupat Marcus, In capi-  
tulo autem 48. Iudam Jacobi. Ex quibus vide-  
mus Thaddaeum, Lebbaeum, Levin, & Ju-  
dam fratrem Jacobi pro vero eodemque esse  
sumtum.*

§. 25. Neque putamus nos aegritudinem  
conciliaturos Lectori, si & alterius Legato-  
rum Christi Catalogi ei copiam faciamus;  
quem pariter Cotelerius duobus ex codicibus  
regiae ejus Bibliothecae ibidem exhibuit,

των β' Ἀποστόλων αἱ πατεῖδαι, καὶ τὰ ὀνόματα  
των γεννησάντων αὐτάς.

Πέτρος καὶ Ἀνδρέας ἀδελφοὶ ἐκ πατρὸς Ἰωάνη,  
(Ἰωάννης) μητὸς Ἰωαννᾶ (Ἰωάνης), ἀλτεῖς τὴν  
τεχνὴν, ἀπὸ Βιθσαϊδας τῆς κωμῆς.

Ἰακώβος καὶ Ἰωάννης ἀδελφοὶ, ἐκ πατρὸς  
Ζεβεδαίου, μητὸς Ἰεροκλείας, ἀλτεῖς καὶ αὐτοὶ.

Φίλιππος, ἐκ πατρὸς Φιλισκάνω (Φιλισκωνῶν)  
μητὸς δὲ Σοφίας, ἀπὸ Βιθσαϊδας τῆς κωμῆς, ἠγίο-  
χος τοῦ ἐπιτηδεύματος.

Θωμᾶς ὁ καὶ Δίδυμος, (καὶ Ἰσθὰς Δίδυμος) ὦν  
μετ' ἀδελφῆς λεγομένης Λυσίας (Ἀσίας) ἐκ πατρὸς  
Διφάνης, μητὸς δὲ Ρώας, ἀπ' Ἀνποχίας.

Βαρθολομαῖος, ἐκ πατρὸς Σωφένης, μητὸς δὲ  
Ουρανίας, νομαρεῖτης (αἰμαρεῖτης) ἦτοι λαχανία  
φυτευῶν. (Λαχανᾶς τοῦ ἐπιτηδεύματος)

Θαδδαῖος καὶ Λεββαῖος, ἐκ πατρὸς Νεκροφάνης,  
μητὸς δὲ Σεληνῆς Ἰταλικῆς, (Σιανῆς Ἰταλικῆς ἢ καὶ  
Ἰσθὰς Ἰακώβου.)

Ἰακώβος ὁ τῆς Ἀλφαιῆς, ἐκ πατρὸς Ἀνδρόνος,  
μητὸς δὲ Εὐτυχίας, ἀπὸ Ἱερουσαλῆμ, λαῖξος (λαο-  
ξός) τὴν τεχνὴν.

Ματθαῖος, ὁ καὶ Λεβί (Λευίτης) τελωνῆς τοῦ  
ἐπιτηδεύματος, ἐκ πατρὸς Ραχῆ, μητὸς δὲ χειροθίας  
(πεχειροθίας) ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας. (Γαλιλαίας.)

Σίμων ὁ Κατανίτης, ἀριστοκλήτης, (ἀριστοκλήτωρ)  
τῆς κνέας εἰς τὴν γαμῆν, ἐκ πατρὸς Γαλιλαῖος  
μητὸς δὲ Ἀμμίας (Διανίας)

Σίμων ὁ καλεσμένος, ζηλωτὴς ἀπὸ Σαλειμ, ἐκ  
πατρὸς Ζηνωνῆ, ἐσημείωσα δὲ, ὅτι ὁ Ἀρκὴς τὸν  
μεν



mus nostras partes esse, non tam nullam restau-  
 randæ religionis occasionem omittere, quam  
 omnibus Romanorum pontificum machinis,  
 qui nunquam desinunt veritatem turbare, ob-  
 viam ire. Huc nos cum veritatis studium,  
 tum jam pridem a nobis susceptum religionis  
 patrocinium vocat. Certe cum Paulus Epi-  
 scopus Romanus, maximis propositis præ-  
 miis, undique homines doctos ad veritatem  
 oppugnandam conducatur, neminem non in  
 collegium Cardinalium cooptans, a quo ali-  
 quam imposturarum defensionem sperare pos-  
 sit, jam pridem nos non potuimus non anxio  
 animo esse, non sæpe cogitare, quid tantus  
 rerum & ingeniorum apparatus sibi vellet.  
 Quod res est, divinabamus. Nimirum jam  
 diu ad Pontificum fraudes & stratagemata as-  
 suefacti, facile augurabamur, hominum in  
 verba & voluntatem Pontificis Romani ju-  
 ratorum Concilium, quod illi falso genera-  
 le

rum in orbe inde ab a. 1500. gestarum p. 304.  
*Pallavicinus* in hist. del' Concilio di Trento T. I.  
 editionis Romanæ p. 369. Lud. *Jacobi* in Bibl.  
 Pontif. p. 474. alii. Nemo tamen unus eam in-  
 tegram, quod sciam, exhibuit. Impressa qui-  
 dem est tum temporis Wittebergæ a. M. D.  
 XXXVII. apud Johannem Lufft. Sed ejus exem-  
 pla ita evanescere, ut mihi quidem neque  
 vel unicum usurpare oculis, vel ubi aliquod lateat,  
 indagare licuerit. Ejus tibi nunc copiam facio ex  
 exemplari exarato manu, quod benevolentiae  
 eruditi clarissimique Viri J. G. SCHELHORNII  
 debeo. T. d. H.

le appellant, etiam tum futurum, cum nondum ulla Concilii mentio esset. Quid multis? Tandem, rebus recte ad fraudem constitutis, Concilium, ad quod vel neminem, vel quam paucissimos ex Christianorum Monarchis accedere posse, Paulus Pontifex certo noverat, indicitur. Videlicet & tempus, quo celebrandum erat, & locus quo futurum statuerat, poterant illi certo promittere, regem nullum adfuturum.

Bulla quo non vadit? quem regum non accersit, audax regum minister, & ad fraude causam suscipiendam, & ad promovendam indicti Concilii simulationem? Nam quis est, qui non existimat, Paulum & suos simulare potius, quam ex animo moliri generale Concilium? Quis enim est, qui minus desideret publica hominum Christianorum comitia, quam ii, quibus plane de causa sua desperandum est, nisi ipsi iudices de suorum adversariorum lite pronuncient? Certe nos, qui non nisi ægre a regni & reipublicæ nostræ procuratore avocamur, possumus ad hoc Concilium nec venire ipsi, nec procuratorem quenquam nostra causa eo mandare, neque culpæ vel levem aliquam suspicionem metueri. Quis enim nos accuset, quod illo vocante non veniamus, qui nullum jus vocandi nos habet? & ut demus, jus illi esse, ut largiamur, quod nemo, nisi sacrarum literarum imperitus, illi dat, Quid atinet ad id Concilium.

lium accessisse, in quo nisi vera oppugnes, falsa confirmes, nullus tibi locus sit? Vident omnes, qua integritate, fide, religione, isti res controversas explicaturi sint, qui hoc turbulentissimo tempore se de his disceptaturos polliceantur. Cum Mantuam ad hoc Concilium celebrandum delegerint, nonne palam est, quam nihil fructus ex hoc confesſu respublica Christiana sperare debeat? An est quisquam Christianorum principum extra Italiam, quisquam etiam Italus, qui, cum dissentiat ab Episcopo Romano, ausit isthuc accedere? Cum accedat nemo, qui oppressæ veritati audeat vocem commodare, hoc est, vitam dedisse. Mirumne est, si Papa iudice, nemine repugnante, ne reclamante quidem, papatus patroni hoc impetrent, ut Papæ autoritas, jam pridem labefactata, ac prope collapsa quoque, nunc isto Concilio restituatur? Hocine est rebus afflictis, turbatis religionibus, concussæ veritati opem ferre? Tun' Paule Pontifex, vel tuorum quisquam, unquam aliquando vel per somnium cogitet (si ad istum modum solis, sine ullo adversario, de rebus controversis vobis pronunciare liceat) Ecclesiæ Ecclesiasticorumve morbos, qui irreperunt in Ecclesiam, non aliunde potius, quam ex huiusmodi Conciliis, sanare? Est profecto admodum verisimile, vos, qui nihil aliud quam quæstum quæritis, libenter ea antiquaturos, quæ invito Christo, invitis sacris

literis, hæc aliquot secula vestri lucri causa per vestros majores constituta sunt. Imo cum illi, quoties status sui quæstio, honos, potestas, primatus, in judicium adducebantur, perpetuo proculcatis Dei legibus, per scelus dignitati suæ, vel ut verius loquamur, intolerabili superbix consultum vellent, annon certum pene esse potest, vos nequaquam filios degeneres patrum vestrorum vestigia secuturos, novosque canones, qui majorum decreta tutentur, statuturos esse? Sed quid nostra refert, vel quid illi olim decreverint, vel quid deinceps vos statuatis, cum Anglia jam pridem vestris fraudibus æternum valedixerit? Nihil Romano Pontifici negotii cum Anglis, nihil commercii. Certe ut nobis negotium faceffat, merces suas posthac nemini nostrum obtruserit. Ea vero quæ ille figit vel refigit, nihil ad nos pertinere volumus, certe quidem non magis, quam quæ quivis alius Episcopus statuit.

Verum ne videamur orthodoxis hominibus animi libidine abuti potius, quam judicio duci, hic orbi testatum volumus, nos synceram fidem & doctrinam Christianam, & ea omnia, quæ has vel juvent, vel ornent, amplexari, profiteri, perpetuoque professuros, omnia fidei dogmata ita nobis curæ esse, ut de regno nostro libentius periclitemur, quam ullum fidei dogma apud nos periclitetur. Testamur a catholicæ fidei unitate, neque discessisse nos, neque unquam discessuros, imò vitam depo-

situos potius esse nos, quam ullus hujus fidei articulus apud Anglos concidat. Testamur, nos, qui in hac tota causa nihil aliud, quam Christi gloriam, & orbis cum utilitatem, tum tranquillitatem spectamus, impostores diutius ferre non posse, Imo vel honestissimis rationibus nos adductos, repudiasse pontificum Romanorum auctoritatem, sententias, decreta, Concilia. Testamur denique, nos neque antehac unquam ad publica Christianorum comitia venire recusasse, neque nunc non omnem operam nostram, studium, fidem polliceri, quo & religio turbata aliquando suo loco consistere possit, & cæteræ controversiæ, quæ orbem jam diu vexant, tandem finiantur. Tantum Christianos omnes admonitos etiam atque etiam volumus, nos diutius pati non posse, ut ii putentur errores tollere velle, qui modis omnibus hoc agunt, ne quisquam citra capitis periculum eos convellere possit. Concilium volumus, expetimus, atque adco efflagitamus, sed quale inter Christianos celebrari par est, hoc est, liberum, quo quisque intrepide, quæ vera sunt, dicat. Pium volumus, ubi omnes omnem operam suam Christianæ pietati restituendæ, non opprimendæ veritati navent. Generale volumus, hoc est, eo tempore & loco celebrandum, quo, sine suo periculo, quisque, qui gloriam Christi quaerit, adesse, libereque sententiam suam dicere possit. Tum enim Concilium generale videri potest.

potest vel cum nemo Christianorum, qui dissentiat ab Episcopo Romano, abesse cogitur, vel cum, qui adsunt, nullo proposito terrore, impediuntur, quo minus quæ vere sentiunt, audacter pronuncient. Nam quis est præter pontificem Romanum, Cardinales, & Episcopos aliquot papisticos, qui non ad ejusmodi Concilium lubentissimo animo veniret? Rursus, quis tam stultus esse potest, ut, cum videat Pontificis Romani causam pene solam agi, pontificem Romanum in hoc Concilio regnare, dominari, præsidere velit? Imo, si iste, qui causam suam nullo modo apud alium quam se judicem defendere potest, perpetuo judex, litem non tam dirimat, quam impios errores constituat, quid magis in republica Christiana veritati perniciosum excogites, quam generalia Concilia? Atqui ut de istorum audacia aliquid dicam, quo jure, quove titulo ad Concilium a pontifice Romano vocentur reges? An cum olim Concilia omnia Imperatorum, Regum & Principum autoritate, consensu & mandato fieri consueverunt, non par est, vel ut hodie fiant, vel ut cur non fiant, causam adferatis? Verisimilius est, inquam, Pontifices religionis curam suscepturos quam Reges. Expertus est orbis magna cum pietatis clade, quanta fide hoc negocium, isti tractent. Annon nunc videmus omnes, quam probe Paulus Pontifex constituendæ tyrannidis suæ occasionem captarit? Non videmus

mus, quod tempus homo religiosus ad generale Concilium delegerit? An non verisimile est, hunc ex animo cogitare de restitutione religionis, qui nunc Concilium indicit, cum Cæsar & Rex Galliæ, duo potentissimi principes, sic acerbis studiis inter se bellum gerant, ut neque illis, neque cuiquam Christianorum Regi, ullus Concilii locus relictus videatur? Age verò, age, Romane Pontifex, occasio, quam tot annos tu & tui omnestam ardentibus votis optastis, contigit, præsentem preme, porrectam ad scelus & fraudes ansam arripe. Convoca Cardinales, creaturas plane tuas, ostende, illudendi principibus & populo Christiano occasionem mire in tempore sese obtulisse. O homines, quod ægre dicimus, plane stultos, & quod libenter dicimus, prorsus improbos. Diu apud principes populumque Christianum hac suspitione laborastis, vos quidvis velle potius, qui probe simulatis ac dissimulatis omnia, quam generale Concilium. An tam stultos esse vos par est, ut nunc aperte omnibus ostendatis, nihil moliri vos aliud, quam ut privatis his vestris conciliabulis legitimi, catholici, generalisque Concilii spem omnem orbi præcidatis? Tantumne odium cum veritate geritis, ut non nisi illa plane in æternum exilium ejecta cessetis? Vivit Deus, nec illo vivo ad tantum dedecus, contumeliam, injuriam veritas vocari potest. Fallimur, ad hæc omnia vocari potest, veni-

re non potest. Quis non vehementer doleat, homines tanta audacia esse, ut aperte hostilem animum in Christum gerant? Rursus, quis non afficiatur summa lætitia, parem cum impietate stultitiam conjunctam esse? Orbis, o Paule pontifex, non nunc in tenui quadam suspicione versatur, ut olim, imo positas ante oculos fraudes vestras cernit, immortale illud vestrum in veritatem odium detestatur. Vident omnes, quantas tragœdias ille vester concordie unitatisque prætextus in orbem Christianum invexerit. Intelligunt vestrum faciendæ pacis studium, contra Reip. tranquillitatem, a seditione diu stetisse. Cernunt, vos nunquam acrius religionem oppugnare, quam tum, cum eam maxime defendere videri vultis. Dolent, summas ingeniorum vires fraudum patrocinia tam diu sustinuisse. Dolent, rationem vim omnem suam ad scelus, superbiam, impietatemque promovendam convertisse. Dolent, virtutes etiam aliquot operam suam vitiis locasse, sanctimoniam hypocrisis, prudentiam calliditati, justitiam tyrannidi. Gaudent, sacras literas nunc tandem pro se, non contra se, pugnare. Gaudent, Deum non nunc Deo negotium facefferre, Christum non nunc oppugnare Christum. Gaudent, non tam olim calliditatem veritati vim fecisse, quam nunc factum esse, ne posthac plus agat contra religionem audacia, quam pro veritate constantia possit. Vident, olim  
 omnium

omnium pene vestrorum Conciliorum finem  
 fuisse LUCRUM. Vident, vestra commo-  
 da vel cum veritatis interitu vos ambiisse, vos  
 maluisse Evangelicis præceptis fraudem face-  
 re, quam vestram autoritatem, hoc est, au-  
 dacem impudentiam labefactatam cernere.  
 Certe Paulus Pontifex vix hodie aliud agere  
 videri potest, qui principibus tot tantisque  
 rerum tumultibus occupatis, ac pene obrutis,  
 etiam Concilium generale, si Diis placet, in-  
 dicit, quam ut posthac titulum aliquem ha-  
 beat, quem suæ improbitati prætexat, si tum  
 is ad Concilium venire recuset, cum tempus  
 & locus commodior de religionis negociis  
 consultandi sese obtulerint. Licere sibi pu-  
 tabit, par pari referre. Putabit phas, tum non  
 venire, quod reges hodie non veniant. Su-  
 peri velint, ne perpetuo mutuis conviciis nos  
 inter nos rixemur, neve cum maxime dissen-  
 tiamus, jactemus utrique, nos meliorem  
 partem defendere. Velint, ut veritas firma  
 tandem & constituta nepharios impostorum  
 conatus frangat. Velint, ut orbi Christiano  
 reddita pax & tranquillitas disceptandi tempus  
 & spacium de religione Christiana aliquando  
 dent. Nisi enim Reges inter se conveniant,  
 depositoque bello pacis artes amplectantur,  
 non videmus, quid aliud sit Concilium indi-  
 cere, etiamsi Concilium maxime expetis,  
 quam oleum & operam perdere. Immo ve-  
 ro, cum illi bello & armis occupati, nihil  
 aliud

aliud quam bellum cogitent, Pontifex non omnia in rem suam converſurus videatur, non confirmaturus errores, ſi iſtis abſentibus Concilium ſuffiretur. Nimirum cum illis non vacet adeſſe, qui alioqui adfuturi erant, & nobis de jure noſtro tantum Pontifici cedere non lubet, non ille & in rem ſuam, & in errorum deſenſionem, pulchre omnia ſtatuere? Quomodo quiſquam noſtratum Mantuam, tot periculis adeundam, tam procul a nobis diſſitam, tot tuis, o Paule, parentibus, cognatis, amicis, quos vel eadem patria, vel naturæ ſœdera, vel lucri ſpes, vel alia quævis cauſa tibi paravit, undique circumſeptam, non recuſet adire, qui prorſus amens non ſit? Annon perire dignus eſt, qui vivus vidensque in flammas ſe conjicit? cum is de vita periclitetur, qui Cremonam, Mantuæ vicinam urbem, hac tempeſtate adierit, hoſtis tuus, hoc eſt ut vulgus hæreticorum hominum interpretatur, hæreticus, an noſtratum quiſquam tuto vel intra Mantuæ muros verſabitur? Quid quod Mantua, ſi juſtus celebrandi concilii numerus eo accedat, vix tot hoſpiti- bus excipiendis ſatis ampla eſt? Quid quod iter omne, quo hinc Mantuam uſque noſtris eundum ſit, plenum periculis eſt? An nescitis hanc Legum omnium vocem & ſententiam eſſe, cogi neminem per loca nuſquam tuta ad Concilium venire? Quid quod hætenus nul- lam eundi & redeundi liberam facultatem, nul- lam

lam securitatem ab iis, quorum sub ditione ea  
 loca sunt, nobis impetraveritis? Quid quod,  
 si hanc etiam impetrassetis, temerariorum no-  
 tam subeamus nos, qui cum justo alioqui ti-  
 more deterreri & potuimus & debuimus,  
 tam periculoso itineri nosmet commiserimus?  
 Nam nã ille profecto, qui rebus sic se habenti-  
 bus, ut nunc se habent, ex Anglia ad Man-  
 tuam proficiscitur, securus esse potest, si men-  
 tis illi nihil sit, certe tutus esse non potest.  
 Nam cui ignotum est, quoties Romani pon-  
 tifices in hujusmodi negociis fidem fefellerint?  
 Quoties per pontificum fraudes, perfidiam &  
 scelus interierunt hi, qui data fide, neque in  
 itinere, neque interea Concilii, neque dum  
 redirent, quicquam periculi illis creatum iri ad  
 Concilium venerint? Novum non est Papas  
 perfidos esse, promissis non stare, contra jus-  
 jurandum, bonorum virorum sanguine cruen-  
 tas manus fœdare? Sed nimium diu in istis  
 moramur, quæ nobis cum cæteris nationibus  
 communia sunt, ista diutius non persequer-  
 mur, ad ea orationem conversuri, quæ priva-  
 tim & seorsim cum Anglorum Regem, tum  
 omnes Anglos commovere debent.

Estne quisquam hominum, qui nesciat,  
 Paulum Pontificem animo plane hostili in Re-  
 gem esse? illum modis omnibus omnes infi-  
 dias struere saluti cum regis, qui tyrannum  
 ejecerit, tum Episcoporum ac nobilitatis pla-  
 ne interitum moliri, quod summis istorum  
 stu-

studiis ejectus sit? Quis non videt, hominem adeo jam flagrare odio, ut diutius vel iræ impetum cohibere, vel insidias tegere non possit? Apertus est hostis, non dissimulat, neminem non provocans in Regis caput, in regni cladem neminem non armans. Jam totum triennium nihil aliud quam populum Britannicum, nunc pecuniis, nunc ultro delatis honoribus, ad seditionem concitat. Nihil dicemus, quanto studio, quanto cum scelere, principes Christianos contra nos excitare conatus sit. Haud dubie homo Christi vicarius, vita ostendit, quomodo, quæ Christus dixerit, intelligat. Vicarium se putat, cum sibi liceat illud Christi dicere. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Gladium inquam, non illum, quo Christus suos armatos voluit, sed quo immanes homicidæ in proximorum sanguinem, cædem, strages abutuntur. Non valde miramur, si sæpe in alios sæviant, cum nobis, quorum beneficia nec pauca, nec mediocria senserint, pro gratia contumeliam, pro bene meritis injurias rependere student. Non libet hic commemorare, quot nostra officia, in pontifices Romanos collata, perierint. Valeant ingrattissimi homines, indigni plane vel hominum nomine. Certe ejusmodi, ut nescias, Deusne, an homines eos pejus odisse debeant. Nos, nisi didicissemus, vel inimicis bene velle, quid istis tam male imprecemur, quin minus quam

pro eorum in nos maleficiis imprecati videamur? Tantum hoc imprecamur, Deus mentem meliorem illis ut det. Nos, gratia sit superis, seditiosos, illorum conatus irritos reddidimus, ita tamen, ut perpetuo nobis ab inimicis cavendum arbitremur. Certe quamdiu isti nobiscum simultates gerunt, non commitemus, ut grex a nobis desertus a lupis sanguinariis dilanietur. Imo insidiæ omnes nunc cum nulli, nisi insidiatoribus, obsunt, consumantur. Sæpe indicent, quam nobis male volunt, quam cupiant nos lædere. Cognitus hostis non nisi stultum & incautum lædit. Manet, manet alta mente repositum spreti iudicium Clementis septimi, Pauli tertii. Metuunt, ne si nos damno nullo afficiamur, cæteris principibus Christianis exemplo simus, ut Romani pontificis injustum aliqui imperium diutius non ferant. Docent suæ tyrannidi, avariciæ, superbiæ, iter omne apud Anglos præclusum esse. Ægre patiuntur, a majoribus nostris concessa privilegia, hoc est, liberam prædandi illudendique civibus nostris, atque adeo nobis ipsis, ereptam licentiam. Iniquum putant æqua a se postulari, qui legibus nullis se subditos esse volunt. Injuriis affici se credunt, quod illi alios ne afficiant prohibeantur. Vident interdictas indulgentiarum merces, ingentem auri vim hinc sibi periisse. Diplomata nulli jam obtrudi posse. Nimirum Anglia infantiam posuit,  
Ne-

Nemo est, qui nesciat, stulte facere eos, qui aurum plumbo, etiamsi Petri & Pauli facies ad imposturas prostet, commutant. Imo dolent sanctorum vultus horum audacia, ad quæstum cogi. Certe nisi superi nobis irati mentem adimant, Papæ nomen etiam apud Anglos brevi interciderit, nedum autoritas ulla illi fuerit. Profecto jus ille suum in nos, cives nostros posthac nunquam exercebit. Ab illo consilium petere tum volumus, cum lubet decipi, falli, errare. An si ex fraudulentè jactis fundamentis fraudulentam fore totam fabricam conjicere fas sit, ab istis expectas aliud, quam pietatis Christianæ Cruces, carceres, flammæ? Veritatis vulnera? cicatrices? interitum? Aliud si quid erit in hoc Mantuanensi confesso statutum, nobiscum cogitate, Pontificum non mediocrem laudem esse, honestatis specie ad honestatis perniciem subinde abuti. Volunt, cum libet, quædam in gratiam concessisse videri, nusquam magis metuendi, quam cum maxime nobis obsequuntur. Falli volunt, hoc est, patiuntur quædam sua dogmata explodi, abusus aliquot reprehendi. Verum cum ista largiuntur, plura & longe graviora poscunt. Vix fieri potest, ut tibi ab istis satis caveas. Profecto accedant ad has technarum nundinas, ad has fraudum officinas, qui volunt, nos jus nostrum incolume volumus. Nos neque

veniemus ipsi, neque quenquam nostrum procuratorem illic esse patiemur.

Hactenus hanc rem ita disputavimus, perinde ac si Mantuæ Concilium futurum esset. Nunc paucis de ea bulla dicemus, quæ nuper Concilium ad Calendas Novembres, nullo, ubi celebretur, designato loco, prorogavit. An non verisimile est, si nusquam celebretur, si Papa locum nullum, quo victoriam sperantes mystæ sui confluant, reperiat, si denique Concilium nullum nullibi sit, nulla decreta in eo contra religionem Christianam constitutum iri? Factum, ita Deus bene amet Paulum & suos, factum bene. In aliud tempus Concilium Mantuanense protrahitur. Quamobrem tandem? Cur, cum ii jam in urbe Mantua sunt, qui tuis bullis parendum censent. Cur pollicitis, Paule, non stas? Cur non cogis Concilium? Bulla nobis obstrepat, Audimus, Dux Fredericus nobis super hoc respondens, non parvam huic negotio intulit difficultatem, asserens militare præsidium, & pro eo nutriendo stipendium necessarium esse. Id quod, inquit, nihil aliud erat, quam civitatem prædictam manifeste negare.

Quæ contumelia magnanimos heroes unquam tetigerit, si ista tam insignis eorum omnium animos non commoveat, non acerbet, non exulceret? An non aperte irrides, & plane contemnis Cæsarem, reliquosque orbis monarchas, qui ad eam urbem, maxi-

mo cum rerum suarum dispendio accessuros, accersis, quam nec ipse tu Concilii celebrandi causa intrare possis? Si ulli unquam Reges habiti sunt ludibrio, næ tu Paule Reges bis ludibrio habes, vel quod vocas, quo venire non possis ipse, vel quod Concilium differs, nec ullum locum designas? An si tibi paruisent, iterque, cum tu primum ad Mantuam neminem non vocares, ingressi fuissent, non probe derisi domum rediissent? Habes nimirum, cur posthac Principes accuses, si minus venerint vocati, quos cum vocas, sic contumeliose derides. Finge omnes imperium tuum agnoscere, omnes tibi parere debere, an non verendum, ne ab obedientiæ officio discedant, si tu tuo imperio in eos sic abutere? Nunc vero cum illi tibi parere nullo modo debeant, tu omni humanæ creaturæ, nedum Regi, tanquam præexcellenti, obedire subearis. Potes posthac sperare Monarchas morigeros, quos tam aperte ludis ac deludis? Quis unquam tam temerarius, audax, impudens, ut Reges ad Concilium vocet, neque certum aliquem locum, ubi consultant, illis significavit? Paulus vocat Reges ad Concilium. Quo? Nusquam. Quid est Regum majestati illudere, si hoc illudere non est? At tandem homo memor, quanta injuria vel contumelia potius omnes affecerit, dolere se simulat. Magnum profecto illi negocium, dolorem simulare, qui nihil non probe norit simulare. Falsum se fuisse dicit, sperasse se

dicit, Ducem Mantuæ libenter passurum, ut Mantuæ Concilium fieret. Dux passurum se negat, nisi dato præsidio. Paulus hinc veretur, ne aliqui indictioni suæ confisi iter ceperint, metuit, ne recta Mantuam progressi sint, unde jam exclusi, magno cum suo incommodo domum repetere cogantur. Verum ut omnes intelligant, quam nihil Papæ metuere possint, ait se æquiore animo hanc orbi illatam injuriam ferre, quod aliena, non sua culpa hic peccatum sit. Hanc vero? Non satis est tibi absentes contumelia affecisse, nisi tua culpa Federicum Mantuæ Ducem oneres? Quid peccat ille, quod tantum hominum numerum intra civitatis suæ muros, nisi accepto militum præsidio, se recepturum negarit? Tu qui venerabiles fratres tuos, patriarchas, archiepiscopos, episcopos & dilectos filios tuos abbates, & cæteros Ecclesiarum & monasteriorum prælatos fulmine feris, nisi illic sint, ubi esse non possunt? An ejaculata fulmina pro tuo arbitrio revocantur, quoties libet? At pulchre te purgas, omnique crimine facile te eximis, qui dicis, te judicasse rem incongruam, & mali exempli, armatum Concilium celebrare. Nonne bellum hoc, & plane paparium? Si non das præsidium, Dux non permittit tibi & tuis Mantuam suam, si das, præter juratos tuos eo accedat nemo. His artibus facile declaras, quod omnes jam diu suspicati sunt, te omnino generale Con-

ci-

lium nolle. Vis omnes adesse ad Calendas  
 Novembres, nec, ubi tum tu futurus sis,  
 etiam dum nosti. Quanquam quid attinet,  
 quo nos voces, cum paria sunt, nusquam esse,  
 & ibi esse, ubi Concilium fieri non possit.  
 Nullus locus perinde tibi servit, qui prius  
 decrevisti, nullum Concilium haberi, ac quis-  
 que locus. Imo præstiterit tibi, qui tecum  
 statueris non adesse, nullum, quam certum  
 aliquem locum præscribere. Facile fidem li-  
 beras, si nihil pollicere. Non nisi semel  
 Principibus illusisse, in Papa magna quoque  
 laus est. Certe si quem tandem locum desi-  
 gnet, non dubium est, quin vel ad civitatem  
 aliquam suam (suae putantur verius quam  
 sunt, quas & majores sui per vim & dolos sibi  
 compararunt, & iste contra jus & æquum ma-  
 læ fidei possessor, deturbatis iis, ad quos jure  
 hæreditario venire debent, occupat) vel ad  
 cujusquam alterius principis imperio subje-  
 ctam, nos vocet. Ad illam nemo unquam, cui  
 aliquid mentis est, si ab isto dissentit, sese  
 contulerit. Et si eo nos invitet, ubi nec is  
 esse potest, nisi exercitum alat, annon plus  
 quam stulti sunt, qui semel illusi, bis se deci-  
 piantur? Annon verisimile est, nos dece-  
 ptum iri, si illi credimus, qui promittit, quod  
 præstare non potest, si velit, nec vult, si  
 posset? Sed in re, quæ nihil ad nos pertinere  
 videri potest, nimium diu moramur. Nam  
 locum reperiat, quem velit, tutum, quo

omnes tuto sine ullo vel periculi metu accedant, nos, isto vocante, ad nullum unquam Concilium veniemus. Imo & Paulo & suis hoc, quod sæpe diximus, aperte dictum volumus, nullum jus illis in Anglos esse, nos nullum illis cedere, & id quicquid est, quod a nobis olim per vim & scelus extortum est, jure & optimo jure repetere. Olim dedimus vobis primatum, si a nostro consensu vestra in nos autoritas initium habeat, per nostrum quoque consensum finem habeat. Cur enim qui dedimus, sustulisse non possumus? Olim scripsimus, nos Pontificibus minores esse, minores quamdiu nobis visi fuimus, illis libenter paruimus. Longe alia nunc scribimus. Et proinde, si post hac eorum decretis non obtemperemus, non est, quod valde mirentur. Leges cum civiles, tum Dei pro nobis pugnant. Non enim amittit libertatem ingenuus, imo nec libertatis causam lædit, qui se servum scribit. Si consuetudine nos oppugnant, Cypriano respondeant volumus, qui, cum veritas abest, putat, consuetudinem nihil aliud, quam erroris vetustatem esse. Quid quod Christus perpetuo dixit, Ego sum via, veritas & vita. Nunquam dixit, Ego sum consuetudo. Et proinde cum hac parte pro vobis consuetudo, ex illa pro nobis Sacræ literæ pugnent, audeatis in harenam descendere? Christus quoties vos admonet (si tamen ejus discipuli estis, qui præceptore vestro multo doctiores illius leges

violatis, vestras traditiones extollitis) ut nullo quæsito primatu vosmet cæteris non anteponatis. Sed non commorabimur in re aperta. Cautum optamus, ut Cæsaris & Christianorum principum autoritate Concilium generale, idque liberum, sit, uti veritati & religioni consulatur, quæ hæctenus non alia re magis oppressæ sunt, quam istis Romanorum Conciliis, vel ut verius dicamus, conciliabilis. Jampridem in immensum crescunt errores, abusus, impietates. Erudimini tandem, qui judicatis terram, & tot malis, tantis ægrotantis Ecclesiæ morbis, aliquid saltem remedi excogitate. De generali Concilio, qui prudentiores sunt, vident plane desperandum esse. Nos optimum arbitramur, ut interea, dum magis Concilium optamus, quam speramus, sui quisque regni errores sua autoritate tollendos curet. Consilii nostri omnes participes esse volumus, si recta monuisse videbimur, non credimus hortatore opus esse, qui ad hæc eos invitat. Bona spes nos habet, quemque Regem Regum majestati jam pene restitutæ adfuturum. Non alent posthac lupi catulos. Non, si nos audient, callidis Paparum commentis, audaciæ, impietati subscribent.

Cœptis favete Principes, vester honos, dignitas, majestas restituta est. Memineritis, hoc unum ad vestrum officium vel maxime pertinere, ut veritati religionique Christianæ

operam vestram navetis. Cavete, ne plus hostium doli, quam vestra virtus possit. Nobiscum una bellum gerite cum Pontificum vitiis æternum. Ita eorum decretis aures vestras accommodate, ut si quid vel in hoc Mantuanensi, vel quovis alio Concilio decernant, quod religionem adjuvet, veritatem illustret, id libenter amplexemini. Non quidem quod a Pontifice suisque Cardinalibus decretum est, sed quod hic honos religioni veritati que perpetuo deferendus est. Vera enim & honesta etiam ab Ethnico libenter discimus.

Atqui quemadmodum libenter ea admiserimus, si qua sunt, quæ Christianæ pietatis negotium promovere videantur, ita si quicquam statuunt in veritatis præjudicium, vel quod ad eorum primatum, potestatemve papariam confirmandam faciat, vel quod Regum jus, autoritatem, majestatem minuere, lædere, violare videatur, hac nostra testatione orbi denunciamus, nos eorum nihilneque probare, neque unquam probaturos.

Habetis, Christiani orbis incolæ, quæ de Concilio generali nos in præsentiarum scribenda putavimus. Arbitramur, vobis plannum esse, Episcopum Romanum sibi que ad dictos Cardinales, Episcoposque non hoc animo Concilium velle, ut veritas regnet, sed ut hæc una cum Christo conculcetur.

Intelligitis, non hoc tempus Conciliis cele-

lebrandis idoneum esse, non Mantuam locum esse idoneum, multo minus nullum locum idoneum esse. Videtis ubi ubi sit, nos neque ipsos venire debere, neque quenquam nostra causa eo mandare. Videtis, vix tenuem spem Concilii generalis esse. Admonitos vos videtis, quo pacto quisque principum domi suæ res religionis, alioqui turbatas, tranquillet. Si quis vestrum meliora adferat, pollicemur, nos ea libenter facturos, quæ maxime a religione stent, neque nos nostro consilio usuros, si quis nobis rectius consulat.

Quem animorum nostrorum affectum Deus Opt. Max. qui dedit, pro sua bonitate, non tam in nobis augere, quam in omnes vel eum ipsum, vel meliorem effundere dignetur. Cui honor omnis, omnis gloria, in omnia secula seculorum.

Amen.

Excerpta ex literis C. A. HEU-  
MANNI ad Editorem.

**L**Egi pereruditam Tuam de THEO-  
PHILO (a) disputationem, in qua  
etiam amplissima Tua lectio pene in-  
numeros Tibi suggestit Theophilos,  
unum tamen habeo, quem pace  
Tua aggregem tuis Theophilis. Scilicet  
Tomasinus lib. de donariis cap. 26. p. 189.  
exhibet quendam *Cedicium Theophilum*, cuius  
mentio fit in inscriptione (b) ibi exhibita.  
Quod ad Tuam de Theophilo Lucae senten-  
tiam attinet, qua Theophilum, pontificem  
Judæorum maximum, ab eo respici putas, fa-  
teor, Tuam istam sententiam quantâ potuit  
probabilitatis luce abs Te perfusam esse. Il-  
lud unum, quo minus Tecum sentiam, ob-  
stat, quod ex verbis Lucae apparet, Theophi-  
lum illum non fuisse hostem sectæ Christianæ,  
sed miti ingenio præditum Christianis se præ-  
buisse

(a) Vide Cl. IV. fasc. III. p. 483. sq. & p. 506. sqq.  
Deinde comperi Joh. Ad. *Osiandrum* de THEO-  
PHILO *Κεγνίσω* vulgasse diss. Tubingæ 1659  
in 4. Sed eam intueri oculis non licuit. T. d. H.

(b) At vero eam jam citaveram Cl. IV. p. 507. ex Rei-  
nesio, ubi tamen mendum operarum est, neque  
enim legendum *Cardicius*, sed *Caedicius*. T. d. H.

buisse satis æquum; cum Pontifex ille Hierosolymitanus fuisse videatur acerrimus Christianorum hostis. (c) Sane si æquior cæteris Judæis erga Christianos fuisset, videtur Lucas eius rei æque mentionem facturum fuisse, ut Gamalielis & Gallionis. Quod porro existimas, VIR celeberrime, Theophilum omnino potuisse esse Christianum, cum & Sergius Paulus aliique magnæ dignationis viri jam tum Christo nomen dederint; (ex quibus Pomponiam Græcinam, quam ab Heineccio præteritam esse, p. 18. miraris, etiam Christianis adscripsit Huetius Demonstr. Evang. Prop. III. §. 21. p. 71.) haud sane ignoravi, quod affers, imo ipsius Sergii Pauli in ultima dissertationis meæ pagina liquidam feci mentionem. Sed velim recorderis argumenti illius, quo usus negavi, Christianum fuisse Theophilum nostrum. Primo enim (p. 501.) ostendi, id non debere credi, nisi afferantur lucidissimæ probationes. Deinde (p. 502.)

(c) Neque id obstat sententiæ meæ. Potuit enim Christianorum hostis esse Theophilus, & crescente aetate mutasse sententiam. Potuit eorum hostis esse ad extremum vitæ halitum, neque id impedit, quo minus, cum tam multa de Christianis, eorumque religione ad eum deferrentur, rerum illarum curiosus exactiorem de iis notitiam desideraverit, atque ita D. Lucae occasionem præbuerit, Evangelium suum, tanquam Christi, ejusque Legatorum, historiam Apologeticam, conscribendi. T. d. H.

ut (p. 502.) ex silentio Lucæ satis clare probavi, opinor, Theophilum non fuisse Christianum. Sane si Theophilus ex ethnico præside factus fuisset Christianus, ea res miraculi instar habens non fuisset a Luca præterita silentio. Imo vix dubitari potest, eum in *Actis Apostolorum* facturum fuisse mentionem conversionis Theophili, sicut ibi relatam legimus historiam de conversione Sergii Pauli. Sed satis dixi de Theophilo. Quod attinet ad Tuam dissertationem, quam nuper in *Bibliotheca Bremensi* (d) exhibuisti, de phrasi *tegere pedes*, gratias Tibi ago debitas, qui novam veritatem cum scripturæ S. interpretibus feliciter communicaris: nec dubium est mihi, lectores omnes, quotquot sapiunt, Tibi assensuros esse applausurosque.

Scriperam hæc, cum oblata mihi fuit Celeberrimi Fratris Tui de Theophilo dissertatio multo doctissima, Bibliothecæ Bremensis Tomo IV. inserta p. 1048. sqq. Verum nolo, quæ mihi eam legenti in mentem venerunt, proferre, sed perspicacissimo cuique lectori permitto & ipsius & mea dicta rite ponderanda, ne longiori de uno argumento disputatione tædium creetur & nobis & legentibus.

(d) Class. IV. fasc. IV. p. 757. sqq.

*De brief van den H. Apostel Paullus  
aan die van EFESEN &c.*

Sive

Epistola S. Apostoli Paulli ad  
EPHESIOS explicata & ad pra-  
xin pietatis translata, Authore  
PETRO DINANT, Verbi di-  
vini in Ecclesia Roterodamensi  
Ministro. Pars Prior Roterod.  
1721. 4. Sex & quod superat Al-  
phabeta continens.

**A**Uthor admodum Reverendus, cum  
ante aliquot annos caussam totius  
Scripturæ sacrae feliciter defendis-  
set, (a) singularem ejus partem  
com-

- (a) Titulus libri est: *De achtbaarheid van Godts Woort, vvaar in Verklaart, Beveesen en Verdedigt worden, De Noodsakelykheit vener Openbaringe na den Val; de Goddelykheit der H. Schrift; de onfeylbare leiding der Propheten en Apostelen; de Grberispelykheit van hunnen Styl; de Canon, of Samenvoeging der H. Boeken: met nog verscheide andere voorname Stoffen, door PETRUS DINANT* Rotterd. 1709. 4. Opus sane multivaria doctrina refertum.

mentario, eruditionem non minus egregiam quam pietatem masculam clarissime docente, illustrare instituit. Ampla operi præmisit Prolegomena, in quibus primo loco Apostolum Paullum vere Epistolæ ad Ephesios scriptorẽ esse, adeoque Canonicam auctoritatem ei competere, demonstrat. Agit deinde de Epheso ejusque, cum Apostolus hanc epistolam conscriberet, statu: de Dianæ cultu: de incolarum genio: de magicis Judæorum illic degentium artibus: de literis Ephesiis: de Apollonio Tyanæo in urbe illa fraudes suas exercente. Hinc refutat Grotium, qui Marcionem secutus non ad Ephesios sed Laodicenses scriptam hanc epistolam credidit. Sententia quoque Usserii, qui non ad solos Ephesios sed plures Ecclesias destinata, adeoque pro *encyclica* habendam putat, examinatur ac rejicitur. Quoad scopum epistolæ modeste dissensum Rev. Author a *Salomone van Till* profitetur, qui putat, Apostolum prævidisse periculum ab Apollonii Tyanæi seductione Ecclesiæ Ephesinæ imminens & contra id munire fideles voluisse. Adurgendum potius putat Heideggero & præcipue Grotio scopum Apostoli latius extendenti, ad confortandum Ephesios contra Philosophos gentilium & Judæos, Christianorum doctrinam varie oppugnantes. Tempus scriptionis incertum putat, & licet quidam ad prima, alii ad postrema vincula, in quibus Paullus Romæ hæ-

sit

sit, id alligent, in medio tamen hanc contro-  
versiam, cum ab utraque parte nodi supersint,  
relinquit.

In tractatu ipso homiletica methodo Cl.  
Author procedit, ita ut singulos textus post  
aptum exordium primo accurate explicet &  
deinde ad vitam Christianam formandam  
transferat. Exdensa pulchrarum observatio-  
num sylva quasdam tantum seligemus, unde  
patet, quam lucidam obscurioribus etiam hu-  
jus epistolæ locis facem accendat. Ad phrasin  
*ἀνακεφαλαιώσασθαι πᾶν ἐν χειρῶν* indica-  
tur, bis tantum hanc vocem in N. T. occur-  
rere, Rom. XIII. 9. & hoc loco, ubi recte  
verti censet, *in unum recolligere*. Desumtam  
enim vocem esse ab arithmetica, in qua plu-  
res numeri præmissi in unum denique sum-  
mam reducuntur. Inde etiam transferri ad  
rhetores, qui postquam rem aliquam prolixè  
pertractarunt, finientes dicta compendio ex-  
hibent, quæ epitome *κεφάλαιον* dicitur apud  
Græcos scriptores & Hebr. VIII: 1. ipsaque  
talis dictorum in summam contractio *ἀνακε-  
φαλαίωσις*: quod etiam adhiberi potest de Du-  
ce exercitus, milites dispersos in cohortes suas  
reducente. Quosdam jam Patres in nostris  
verbis *ἀνακεφαλαιώσιν πάντων ἐν Χριστῷ* inter-  
pretatos esse de actuali implemento omnium,  
quæ de Christo prædicta & præfigurata erant,  
ita ut ille omnium prophetiarum ac typorum  
sentrum finisque sit. Hoc, licet in se verum,

in loco tamen præfenti non fufficere, cum  
*omnia*, quæ recolligenda sunt, comprehen-  
 dant, quicquid in cœlo & terra est. Totum  
 sane ratiocinii Apostolici nexum id indicare,  
 quod respexerit instaurationem rerum omni-  
 um per munus mediatorium Christi, per  
 quod omnis hiatus sublatus, omnisque disper-  
 sio & confusio per peccatum coorta, est deleta,  
 pristinaque concordia & felicitas, qualis ante  
 lapsum fuit, postliminio emerfit. Quare In-  
 terpretem latinum vertisse: *restaurare*, quod  
 non minus aptum sit, quam *recapitulare*; licet  
 Hieronymus Comm. ad h. I. posterius præ-  
 ferat, aut potius ipsam vocem Græcam in La-  
 tina versione servandam esse judicet. Hinc  
 per partes reconciliationem tum Dei cum pec-  
 catore, tum peccatoris cum omnibus creatu-  
 ris, tum Judæorum cum Christo exsequitur.  
 Hanc omnium collectionem cœptam ab omni  
 ævo, promotam in œconomia N. T. ad sum-  
 mum denique cacumen perducendam in cœ-  
 lis. Ubi tamen cavendum, ne cum Origene  
 ultra, quam fas est, ad collectionem ipsorum  
 Diabolorum & damnatorum dictum Apostoli  
 extendamus.

Ehes. I: 14. 'ambiguum est', quomodo  
*ἀπολύτρωσις τῆς περαιοῦσεως* debeat intelligi.  
 Quidam enim per *περαιοῦσιν* ipsam Ecclesiam  
 designari existimant, quæ *λαὸς περαιοῦσεως*  
 dicitur 1. Petr. II: 9. Nostro Authori id  
 incommodum videtur, quia modo mentio  
 fue-

fuërat facta Ecclesiæ sub voce *ἡμῶν*. Quare ipsi potius videtur, ut cum Belgis Interpretibus reddatur per *redemptionem reportatam* seu *plene acceptam*. Redemptio enim & salus Ecclesiæ destinata quidem est in decreto æterno, acquisita per Christi sanguinem, promissa in verbo, secundum primitias concessa in hac vita; neque tamen plene possidenda dabitur, nisi post mortem & iudicium. Tum non erit amplius *sperata & promissa*, sed in fruitionem concessa.

Eph. I: 17. emphatice explicatur, quomodo Deus dicatur *Pater gloriæ*. Nomen *Patris* inter divina, ab ipsis gentilibus relatum esse in antecessum exemplis probatur, quod tamen sensu longe excellentiori eidem Scriptura tribuit. Pater vero *gloriæ* dicitur, tum ob infinitas perfectiones, quas possidet, quasque modo plane glorioso in opere redemptionis revelavit: tum quia primus fons est omnis gloriæ, quæ in creaturis, in Angelis, in Ecclesia, in cœlo & terra micat: tum quia illi ab omnibus creaturis propterea honor debet reddi. Emphatice etiam *gloria* hæc cum nomine *Patris* construitur, ut doceatur, gloriam non esse amplius inaccessibilem, & peccatorem ad propiorem ejus adspectum ac communionem per fidem admitti.

Circa τὸ μεσότοιχον τῆς Φεγγυῆς Ephes. I: 14. notatur, Apostolum alludere ad Templum non tantum velis suis Israëli oclusum, sed

etiam muro atrium Israël ab atrio gentium dividente cinctum, altitudine trium ulnarum, cui Græcis ac Romanis literis inscriptum erat: *Μὴ δεῖν ἀλλόφυλον ἐντὸς τῆς ἀγίας παρεῖναι* In locum sanctum transire alienigenas non debere, referente Josepho de bello Jud. lib. VI. c. 14. Illo muro publicum documentum exclusionis gentium a communione Judæorum exhibebatur. Fons vero & nutrimentum hujus separationis erat Lex ceremonialis, quæ propterea muro hinc comparatur. Hac enim ratio inter alias fuit institutæ illius Legis, ut Judæi a coeteris terræ incolis segregarentur, in quem finem talia præcepta circa ritus tum ecclesiasticos tum politicos dabat, quæ magnam partem e diametro consuetudini gentilium adversabantur. Qua occasione sententia Spenceri & Marshami de Lege ex moribus gentilium & sigillatim Ægyptiorum hausta refellitur.

Ad cap. III. 18. ubi generatim Apostolus commemorat τὸ πλάτος καὶ μήκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος, post examinatas diversas sententias, ei tandem subscribitur, quam Theophylactus amplexus est, ex qua subjectum, cui diversæ hæc dimensiones applicantur, non est aliud, quam ipsum redemptionis opus, quod adstruitur tum ex nexu tum ex locis, in quibus eidem huic operi Ps. XXXVI: 6. XCII: 6. altitudo ac profunditas adscribitur. Rationes vero variæ hujus denominationis adduntur 1) ut absoluta hujus operis perfectio indigite-

tur,

tur, ob quam instar consummati ædificii plenam mensuram habet. 2) Latitudo, profunditas, longitudo, altitudo, nil nisi externæ tantum figuræ ejusdem corporis sunt, pro vario situ eorum, qui id intuentur. Ita opus etiam redemptionis sub variis formis in diversis temporibus Ecclesiæ est propositum & consideratum in promissionibus, in umbris Legis, in ipso denique implemento. 3) Pluralis mensurationum numerus pluralitatem beneficiorum gratiæ simul indigitare potest. 4) Magis etiam propriè singulæ mensuræ operi salutis tribui possunt. *Latitudo*, quia nulli amplius genti adstrictum; *Profunditas*, non solum, quia Deus habitat apud fractos corde, sed etiam quia hic abyssi sunt cognitionis: *Longitudo*, quia jam ante jacta mundi fundamenta delineatio ejus operis est facta, & duratio ejus per omnes mundi ætates in æternum se extendit: *Altitudo*, quia a tenuissimis initiis paullatim per diversos gradus ad summam perfectionem adscendit & objecta sua supra visibiles cœlos exaltat.

Hæc specimina sufficiunt, ut de diligentia & studio Cl. Authoris in affundenda divinæ huic Epistolæ luce constet. Quare ex animo volumus, ut altera quoque Commentarii hujus pars, quæ prælum jam nunc exercet, in gratiam φιλοβιβλων mox in dias luminis auras prodeat. F. A. L.

Continuatio Catalogi librorum  
à REFORMATIS editorum  
BELGICE.

**H** Onigraad der verdrukkingen, of een Bun-  
delken van Leerredenen over Rom,  
V:3-5. Pf. XXXIX: 10. XCIV: 19.  
spreekende van de verdrukkingen  
der Geloovigen en hun gedrag en  
vertroofingen in deselve. Deese derden  
druck vermeerderd met Pf. CXIX: 75, 76.  
en J. la Placette over het gebruyk der vertroos-  
tingen. Door J. D'OUTREIN, Pred. tot  
Amsterdam. Amst. 1720. 8.

De Ondervverpen van den Heiligen doop  
nader bepaald door Gerhard Meier, &c. Vide  
Cl. IV. fasc. I. p. 167.

Verklaaringe der H. Gelyklydende Tex-  
ten, die uyt het Oude en 't geheele N. Test.  
en voor al in den brief van Paulus aan de He-  
breen werden aengehaald, eertyds opgesteld  
in de Latynsche Tale door Fr. JUNIUS, in  
sijn leven Professor der H. Godgeleerdheyt  
te Leyden, nu mit Nederduyts vertaalt door  
R. O. in 2. deelen, waar van het eerste is  
verryckt met een voorrede tot de gemeente  
Christi te Delft, zynde een Inleyding en Voor-  
berigt, zoo tot onderzoek van die H. Gelykly-  
den.

dende Texten, als tot een nuttig gebruyk van dese uytlegginge over deselve. t' Tweede deel is verrykt met eene Voorrede, in de welke na de te vooren gestelde ordre word verklaart en betoogt Act. III: 22, 23. & VII: 37. coll. Deut. XVIII: 15, 18, 19. Ook word in dese voorrede voorgesteld eene korte aangeschaakelde ontleding van den brief aan Paulus aan den *Hebreen*, na de opvatting van den Heer *Junius*, door Johan Adriaan THIERENS, Predikant de Delft. Delft. 1720. 8.

De Spiegel der Selfskennis, door Bernardus FREEMANN, Predikant op Nieuw Jorck, eertyds Nieuw-Nederland, Amst. 1720. 8.

Het Heilige Bruid Cieraat der Bruiloftsgasten des Lams aan zyne Verbonds tafel, in eene Verhandeling van het rechte gebruyck des H. Avondmaals, benevens eenige daar toe behoorende uitgelezene Predication tot gemeene stichtinge opgesteld door F. Adolf LAMPE; Amst. 1720. 8. 31. bl. V. Rep. der Gel. Jul. & Aug. p. 140.

De Christelyke Zedekunst, of Schriftuyllyke en natuyrkundige Grondregels om Godvrugtig te leven en salig te sterven. In het fransch beschreven door Benedictus PICTET. Naar den laatsten druck uyt het oorspronkelyke vertaalt, oock met Kanttekeningen en toepassende vaerzen verrykt door Francois Halma; Leuwarden 1720. in 4. maj. p. 133. V. Rep. der gel. Jul. & Aug. p. 47.

Meditation of Bedenkingen over den Send-  
brief van Paulus aan de Romeinen; waar in het  
oogmerck des Apostels uyt des selfs redenerin-  
gen, en de kragt der Spreeckwyzen is nage-  
dagt, en in het licht gesteld door Clemens  
STRESO, in syn Eerw. leven Bedienaar des  
H. Euangelium te Amsterdam. Amst. 1721.  
4. pagg. 811.

Liber hic editus est cura Zachariae Jacobi  
STRESONIS, V. D. M. Meppelensis, aucto-  
ris, de quo vide Cl. I. fasc. IV. p. 579. 580. Fi-  
lii. Praemisit ille praefationem, in qua argu-  
mentum totius Epistolae ex sententia Parentis  
sui exhibet.

Raad of beschermmiddel tegens het Paus-  
dom door D. SHERLOOK, Deken van de  
Paulus Kerck tot Londen, en Verhandeling  
van de voorsienigheyd door denselven Au-  
theur, beyde uyt het Engels vertaalt. Utrecht  
1720. 12.

De Beginselen van de waaragtige, zekere,  
en nuttige Philosophy, in de H. Schrift geo-  
penbaaret, en met de self aendoenende on-  
der vinding, soo geestelyke als lichaamelyke,  
vergeleeken, benevens een voorgaande on-  
derzoek over de tweede oorsaaken, en wer-  
king van de selven in afhanginge van God,  
door Bartholomaeus van VELSEN, P. D. A.  
L. M. en predikant te Rotterdam. Rott. 1720.  
2 deelen in 8.

Verklaaringe over de propheet JESAIAS

en sulcks bevestigt uyt het Euangelium ten dienste van het oud en nieuw Israel; door Hero SIBERSMA, Predikant tot Amsterdam; Amst. 1720. 4. De opdragt is aan de edele Heeren Parnassien, de regenten van de Ioodsche Synagoge.

De leerredenen over verscheyde Texten van de H. Schrift door den Heer J. SAURINS, Predikant in de Fransse Gemeente ins Gravenhage, en int' Nederduyts vertaalt door J. Schoolhouder; derde deel. Amst. 1720. 8.

Korte verklaringe van het *Liedt van Hanna* i Sam. II: 1 - 10. Pl. VIII: & cap. XXV: Matthaei, door Arnoldus RUIMIG, Predikant in de Grolde. Leiden 1721. 8. 26. pl. Rec. in rep. erud. M. Nov. & Dec. p. 546.

De brief van den H. Apostel Paulus aan die EPHESEN, verklaart en toegepast door Petrus DINANT, Bedienaar des goddelyken woords te Rotterdam. 1721. 4. plag. 144. Recens. in Rep. Erud. m. Nov. & Dec. p. 425. & in hoc fasc. p. 531.

De Sociniaansche algemeene Kundigheyt van Andreas WISSOWATIUS, tegens de Godheyd van Jesus Christus, ende nog eenige stellingen van Valentinus SMALCIUS, tegens de menshwording Gods met het licht der reden doorzigt en wederlegt door G. van EWYCK, rechtsgeleerde. Delft. 1721. 8.

De Prophet MALEACHI in XXXVI

M m s

Leef

Leerredenen verklaart, deffels vervullingge  
aangeweefen, ter innige Godvrucht aange-  
drongen, en verryckt met geleerde aanmer-  
kingen door Johannes COSTERUS, in syn  
leven bedienaar des Godlyken woorts te  
*Delft*, te *Delft*: 1721. 4. 5. Alph. 8. plag.  
Vide Rep. dergel. Maart. en Aprill. n. 2.

De Godgeleertheyt begrepen in een verklaa-  
ringe der XXXIX. Artikelen, behelfende de  
Geloofs-belydenisse der Engelsen Kercke,  
door den Hr. BURNET, Biffchop van Saks-  
burg; te *Delft*. 1721. 4. den tweeden  
druck.

Kort opstel van de Christelyke Godge-  
leerdheyt, tot leeringe der waarheden en we-  
derlegginge der dwalingen. Getrokken uit  
de grootere wercken van JOHANNES *van*  
*Marck*, Leeraar in de Academie en gemeente  
tot *Leiden*, en dus uitgegeven door Johan-  
nes WILHELMUS, der Theologie D. en  
Predikant te *Rotterdam*; de tweede druck,  
van vele misslagen gefuivert. te *Rott*. 1720.  
8. pagg. 724.

Gods Albestier bestaande in ses Leerrede-  
nen, gepredicktoo vr de Gemeente van *Wan-*  
*neperveen* wegens de overgrootte sterfte  
aldaar onder het rundvee, Als mede op Bid-  
en dankdagen tot troost der geloovigen  
en tot overtaiging der goddelosen. Door  
Gerardus HILARIUS, Predikant te *Wanns-*  
per.

perveen, te Steenwyck 1719. 8. p. 236. V.  
Maandel. Uyttr. in Jun. n. 4.

Verhandeling van den natuyrlicken Gods-  
dienst. Door den Heer David MARTYN  
Predikant in de Walsche Gemeente te  
Utrecht. Uit het Fransch vertaalt door J.  
SCHOOLHOUDER. Te Utrecht 1720. 8.  
pagg. 400.

De brieven van den Apostel Paulus aan de  
Gemeenten der *Galateren* en *Kolossenzen* ont-  
leedt, verklaart en betoogt door Servatius  
HASEVOET, Bedienaar des Godlyken  
woords te Vlissingen. Leiden. 1720. 4.  
pagg. 649. Vide Exc. menstrua Belgica men-  
se Aprili. n. 1.

De bindinge Isaak of Abrahams offerhande  
op Moria betoogt, tot een geloovige beschou-  
winge van de ware offerhande van den  
Messias, en een voorbeeldige opwekking  
tot geloove in Godt, en een godvruchtige  
gehoorzamheid van zyne beveelen. Door  
*Isbrandus* FABRICIUS, Predikant te Meden-  
blick. Alckmaar. 1721. 8. pagg. 426.

De Christelycke Zedekunst, of schriftuyr-  
licke en natuurkundige Grondregels om  
godvruchtig te leven en salig te sterven, in  
het fransch beschreven door den Hr. *Benedi-  
ctus* PICTETUS Hoogleeraar in de Opper-  
landschoole, en bedienaar van het Euange-  
lie in de Kercke van Geneve. Naar den laat-  
sten druck uit het oirspronkelyke vertaalt,

ook met Kanttekeningen en toepassende waer-  
fen verrykt door *Francois HALMA*. Te  
Leeuwarden, 1720. pars prima continet  
pagg. 468: & altera pagg. 514.

Predicatie over gewichtige waarheden  
vanden Godsdienst, waer by eenige aenmer-  
kingen over de vereeniging der Protestanten  
zyn gevoegt, door *Sam. WERENFELS*, hoog-  
leeraar der Godgeleerdheyt te Basél. Amst.  
1721. 8. Vide de hoc libro Cl. I. p. 365.

Beginfel van hemelwerck; bestaende uyt  
Mengelzangen uit menigerley uytgelesene  
geestelyke en stichtelycke Keurstoffe, tot  
Zielverlustiging op velerhande rymtrant en  
toonen, door *Karolus TUINMANN*, Predi-  
kant te Middelburg. Leiden 1721. 8.

De groote hooge priester vervullende en  
eindigende het Prysterschap naar Aarons or-  
deninge, en blyvende Priester in der eeu-  
wigheit naar de Ordeninge van Melchise-  
deck. Zynde een verklaring en toepassing  
over Ebr. V: 7, 8, 9, 10. en over het ge-  
heele zevende Kapittel vanden brief aen de  
Hebreen, door *Johannes SLUITER*, Predicant  
te Steenwyck: nu tot Zutphen. te Steen-  
wyck. 1720. 8. 12. plag. Vide Maendel.  
Uyttrecksels M. Oct. 2. 1720. n. 5.

Verhandeling over de Redenvoering van  
den Apostel Paulus aen die van Athenen ver-  
vat in 7. Predikatie, in t' Frans beschreven  
door den Hr. *PICTET*, Predikant en Hoog-  
lee-

leeraar in de Godgeleerdheyt tot Geneve, en nu in t' Nederduyts vertaalt door L. R. A. G. Amst. 1721. 8.

Christelyke gebeden voor yder dag der Weeke en op bysondere tyden en voorval- len gepast door den Heer PICTET, &c. in het Nederduyts nagevolgt en met gesangen verryckt door Daniel WILLINCK, de derde druck, Amst. 1721. 8.

De geestelycke Tempelbouw uit levendige Steenen ende het christelyke Priesterdom over 1. Petr. II: 4. 5. Verhandelt ter gele- gendheyt van de Inwyinge van de herboude Kerck Randsdorp door Joh. D' OUTREIN, Predikant te Amsterdam; Amst. 1720. 8.

Godvrugtige Zielsbetragting voor, onder ende na het houden van het H. Avondmal des Hee- ren, in korte en langere kerkelyke Reden- voeringen over den XXIII. Psalm. door den- selven; Dordrecht. 1720. 8.

Taco Hajo van den HONERT Redenvoe- ring over de noodsaakelyckheyt en het gedu- rig gebruyck der Prophetische Godgeleert- heyt in de Kercke uitgesprooken den 8. van Sprokkelmoent 1721. wanneer hy het op- perbewind der Hooge schoole nederleyde, vertaalt en agtergevolgd met eene korte verhandeling van Abrahams voorbeeldinge offerhande door Joh. van den HONERT; T. H. Zoon, Bedienaar des H. Euangeliums te Katwyck aanden Rhyn. Leyden 1721. 4.

De Verborgenthey van het Genade verbondt in de huishoudingen der Zaligheid en voornamentlick in de huishoudige des Evangeliums, ter eere van den Verbonds-Godten tot opbouwinge van alle heil begeerige zielen geopend door *Frederick Adolf LAMPE*, Hoogl. der H. Godgel. te Utrecht. Uit het hoogduitsch vertaald. Vierde deel. Te Amst. 1721. 8. 51. B.

Verhandeling wegens de verschillen der Lutherschen en gereformeerden; met eene grondige aanwyzing om deese beyde religien met elkander te vereenigen; te Regensburg in de Hoogduytsche taal gedrukt, en uyt deselve overgeset. Amst. 1721. 4.

*Tegengift tegen het Pausdom*, verdeelt in twee deelen, waar van't eerste middelen aanwyft, om op een seer gemakkelyke wyze met die van de Roomse Kerk de redentwisten; en t' tweede verthoont, hoe verre het Pausdom strydig is met 't' regte oogmerk van den Christelyken Godsdienst door *William SHERLOK*, uyt het Engels vertaald. Utrecht. 1721. 8.

Bewys van den waren Godsdienst door *Hugo de GROOT*, door syn Ed. op Leuvensteyn gerymt, beneffens zyn Eds, andere stichtelyke gedichten, den vierde druck vermeer-

meerdert met het leven van dien geleerden  
Auteur: Amst. 1721. 8.

De Sendbryven van Paulus aen de Ro-  
meynen en Philippensen ondledet, verklaart, en  
betoogt na eygen handschrift door *Salomon van  
Til*; in syn leven Hoogleeraar in de vermaar-  
de Hoogeschoolen tot Leyden. vertaalt door  
*Jacobus Adrianus FOLKERS*, Bedienaar des  
H. Evangeliums tot Ackersloot. Haar-  
lem, 1721. 4.

JO. LAUR. MOSHEIM

ad

Virum Celeberrimum  
CHRIST. AVGVSTVM  
HEVMANNVM

epistola responforia. (a)

**F**Eci, quod sapientem decet, *Vir Amplissi-*  
*me*, ex quo Tuam mihi legere epistolam  
licuit, qua meis ad Te litteris respon-  
des. Contuli responsiones TVAS  
cum meis rationibus; ponderavi  
utrasque; num mentem mutare possem,  
tentavi. Nihil vero minus, quam hoc, a me  
impetrare potui. Agnosco beneficium, quod  
humanissima epistola TVA in me conferre  
voluisti. Quidni enim beneficium vocem, du-  
bitationi aliquem eripere conari? Tu, qua es  
comitate, veniam dabis, quod antiquos adhuc  
residere scrupulos fatear. Quid impediverit,  
quo minus Tecum sentirem, jam brevibus ape-  
rire constitui. Expendam nimirum initio,  
quan.

(a) Vide Class. IV. fasc. V. p. 935. & confer Cl. III.  
fasc. II. p. 316. & Cl. IV. fasc. I. p. 34.

quanti valeant, quae Tu meis argumentis opponere voluisti. Deinde et mearum et Tuarum rationum summam ita colligam, ut, quis nostrum æquiore certet Marte, quilibet facile iudicare possit. Nec enim tanti rem esse duco, ut diutius de ea litigemus, quibus satis alioqui negotiorum est. Aequius vero tum nihil esse potest, quam ut, contracto disputationis robore, rectis rerum aestimatoribus iudicium de eventu pugnae committatur. Audi iam, si placet, quid prohibuerit, quo minus dicto Tibi audiens fuerim.

De voce *fabula* sileo. Si tibi nihil aliud ea significaret, quam *vulgarem narrationem*, nulla inter nos controversia esset. Sed, quod ipse fateris, *narrationem ea falsam* indicare voluisti. De vocibus igitur non dissensio est, sed de rebus ipsis. Dixeram ego, Te concessurum, nihil esse a temporibus istis alienum aut incredibile in TERTULLIANI de JOANNE in oleum coniecto narratione. Negas Te id concedere. Non enim, inquis, *usquam lego, Domitiani aevo id genus supplicii in usu fuisse.* (b) Non tangam argumentum illud: Non lego: Ergo non fuit. Cujus mihi vim perspectam haud esse, fateor. Duo alia monebo, quae hoc argumentum facile expedient. Primum hoc est: Si largirer, ante DOMITIANVM de eiusmodi supplicio nihil fuisse auditum, non idcirco tamen sequi, hunc Imperatorem

Class. V. Fasc. III.

Na

JOAN.

(b) p. 928.

JOANNEM eo non adfecisse. Luxuriant tyrannorum ingenia in novis poenarum generibus excogitandis. Num quid obstat, quominus dicam, licet nulla huius supplicii exempla extiterint, DOMITIANVM tamen illud primum in JOANNEM constituisse? Nemo unus tyrannorum ea fuit elegantia, ut, antequam homines cruciaret, ex antiquitatum peritis quaereret, num ante se quisquam ista ratione saevierit; intellecto neminem ita saevijisse, aliud poenae genus eligeret. Secundum hoc est: Diu ante DOMITIANVM hoc cognitum fuisse supplicium, exemplo celeberrimae Maccabaeorum matris filiorumque constare. 2. *Maccab. VII.* Quae quidem Historia eodem, quo Tu uteris, argumento labefactari potest. Fabula est narratio de hac foemina. Nec enim ANTIOCHI tempore hoc usitatum fuisse supplicium, accepimus. Et quid de hac dico Historia? Nullum in omni vetustate crudelitatis aut saevitiae exemplum occurrit, nullum mirabile aut inopinatum factum, cui non haec ratiocinatio, si semel obtineat, omnem detrahere fidem possit. Quod addis; *Si usitatum fuisset id supplicium, Christianos illud non ignoraturos fuisse: Si non ignorassent, litteris prodituras, non minus facile frangitur.* Certenon ignorarunt Christiani, si JOANNES supplicio isto adfectus fuit. An vero omnia, quae non ignorarunt chartae mandare debuerunt? Dubito, *vir celeberrime.* Nosti saeculi istius mores, a quibus scribendi libido aberat. Non libris, sed for

fortitudine & constantia tum viri sancti doctrinam propagare studebant. Sed tamen rem posteritati consignarunt. TERTVLLIANVS nimirum retulit. Num TIBI exploratum est, cum, quae narrat, ex alio non desumpsisse libro, hodie perduto? Num praeter hunc alios rem non commemorasse, in tanta librorum veterum iactura, TIBI constat? Me quidem de his nihil certi accepisse, fateor, ac propterea dubito.

Concedis mihi, TERTVLLIANVM ex traditione hanc rem accepisse. Sed *tantum addo*, inquis, (d) *particularem hanc fuisse traditionem, non universalem. Alias non provocasset Hieronymus ad Tertulliani testimonium, sed ad consensum orbis Christiani.* Nolo quaerere, quid per *traditionem universalem & particularem*, ut Tuis utar vocibus, intelligas: neque etiam rationem excutiam, quam adfers, propter quam haec *traditio particularis* tantum fuerit. Non intelligo sane vires huius connexi: HIERONYMVS non ad consensum orbis Christiani provocat, sed TERTVLLIANVM tantum laudat. Ergo quae TERTVLLIANVS habet ex *particulari tantum traditione* narrat. Equidem satius existimo, unum producere auctorem, quam mille vagos rumores. Et praeterea locum HIERONYMI a me adlatum non ignoras, quo ECCLESIASTICAS HISTORIAS, quae voces *traditioni universali* respondent, rei huius testes compellat. (e) Sed id tantum interrogare li-

(d) p. 939. N n 2 cebit:  
 (e) p. 51. Locus extat *Comm. ad Matth. c. XX.* Quod ideo hic addo, quoniam indicato loco omissum video.

cebit: An ideo factum quoddam pro fabula habendum sit, quod ex *particulari* tantum *traditione* manet? Et num ideo semper factum veritati convenire existimandum sit, quod *universali* confirmetur *traditione*? Rem recte consideranti, quidquid est *Historiarum* initio ex *particulari traditione* fluxit. Et si verum est, quod adfirmare nolo, JOANNEM in oleum coniectum esse, primi, qui rem orbi tradiderunt, *Romani* fuerunt, pauci sane, si cum reliquis terrarum incolis comparentur.

Quae de argumentorum tuorum ordine & pretio mones, (f) praetermitto. Quo loco ea Te ponantur, parum refert modo suo exui possint robore. In eo vero Te falli opinor, *Vir Amplissime*, quod me mentem & vim ratiocinationis TVAE a silentio petitae scriptorum non satis comprehendisse existimas. Sic eam proponis: *Quae narratio fletur ab iis, qui primo non poterant non rem habere cognitam, si vera esset; deinde, si cognitam habuissent, non fuissent tacituri, ea merito pro fabula habetur.* Ego vero generatim Tuam hanc fuisse mentem, minime nescivi; verum ex iis, quae dixisti, tale argumenti genus erui posse, id est, quod negavi. Multa ceterum de virtute eius argumenti disputare possem; quod profecto non tam facile adhiberi posse, ut plerique existimant, sapienti obscurum haud esse potest. Anceps & lubrica est de hominum dudum fati functorum voluntate disputatio. Quam praeterea non modo

me.

memoriae imbecillitas, verum infiniti alii casus turbare possunt. Finge Tibi hominem, qui divinitatem sacrarum litterarum in dubium vocet; & hanc eodem argumento fabulam esse, quae de pueris ab HERODE trucidatis MATTHAEVS narrat, demonstrare posse, perspicies. JOSEPHVS, dicet, rem optime scire potuit: nec si scivisset, eam taciturus fuisset, qui res ab HERODE gestas enarrare, nec crudelitatem eius excusare constituit. Quid est ergo, quod me inducere possit, ut MATTHAEO fidem habeam, qui HERODIS facta exponere noluit? Mitto plura alia exempla, idque tantum adiungo, in eam esse hæresi, vix uni in sexcentis exemplis istuc argumenti genus curate applicari posse. Interea, ne longior sim, Tuæ ratiocinationis ad latus hæc meam pono regulam, de qua nihil Tibi dicere placuit: *Quamdiu aliae rationes silentii recentiorum quorundam adferri possunt, quam persuasio de falsitate rei, quam praetermittunt, negantis huius argumenti vis dubitandi tantum locum suppeditat.* Dari eiusmodi in hoc negotio causas silentii, fuisse demonstravi. Quare ergo non dubitemus. *Vir Amplissime?*

Ego ut ostenderem, sine dubio aliam fuisse silentii veterum causam, quam persuasionem de falsitate huius narrationis, dixeram, eos non confutasse illam. Quod fecissent, si veritati eam minus convenire existimassent. Quid Tu ad hæc? *Aevum illud non erat Historico-Criti-*

eum, inquis. Quid hoc est? *Veteres non inquisi-*  
*verunt in rerum narratarum veritatem.* Nonne  
 vero haec egregie pro me facere intelligis?  
 Sine inquisitione nemo, num res quaedam pro  
 vera, aut falsa habenda sit, scire potest. At  
 veteres Critici non erant. Ergo in fabulis non  
 habere potuerunt narrationem istam. Ergo  
 alia silentii eorum causa fuit, quam persuasio de  
 eius falsitate. Ergo num fabula sit ea, nec ne,  
 nobis adhuc dubitandum est. Invitus ergo,  
 Vir venerande, meam egregie confirmas sen-  
 tentiam. Sed quid est, quod subiungis, si meum  
 argumentum ratum esset, magnam fabularum  
 multitudinem retinendam fore? Forte id ex  
 eo provenit, quod vim eius minus ponderave-  
 ris. Est vero hoc: Eorum silentium, qui ae-  
 tate inferiores sunt aliis testibus, indicio est,  
 eos rem, quam praetermittunt, pro fabula non  
 habuisse. Ratio vero: Quoniam ea hominum  
 natura est, ut errores aliorum libenter casti-  
 gent. Non tam rerum imperitus sum, ut ali-  
 quando causas occurrere posse, quae silentium  
 hominibus imperent, etiamsi errores videant,  
 ignorem. In hoc vero negotio eiusmodi re-  
 periri posse, profecto non perspicio, ac gene-  
 ratim recte hanc se ratiocinationem habere,  
 adhuc contendo. Quemadmodum vero eius  
 auxilio narratio de *Joanna Papissa*, si quidem  
 haec fabula est, multaeque aliae narratiuncu-  
 lae dudum explosae, defendi possint, profecto  
 non intelligo. Experiantur, qui studio fabula-  
 rum

rum ducuntur, quid ope eius efficere possint, & nimis cito male rationes sese subduxisse, sentient.

Quae restant in epistola TVA praeterire possem. Quantum enim iudicare possum, iis, quae iam examinavi, virtute cedunt. Et Tu Tibi ipse concessum duxisti, longe maximam demonstrationis meae partem intactam relinquere. Sed perstringam tamen breviter, quae supersunt, ne quid meae responsioni desit. Tu ex eo, quod HIERONYMVS in *catalogo* rei huius nullam mentionem fecit, sequi contenderas, eum pro fabula istam habuisse. Ego id ex eo effici negaveram, eumque si haec eius mens fuisset, narrationem illam confutaturum aut reiecturum fuisse dixeram. Quam meam coniecturam, quibus viri perspectum est ingenium, satis esse bonam iudicabunt. Tu nihil nisi, quod antea scripseras, reponis. (g) Non commemorat hanc rem in *catalogo* HIERONYMVS. Ergo falsam esse scivit. Num ergo Criticus fuit? Ipse negas. Qui ergo scire potuit, fabulam esse? Possem alia de hoc argumentandi genere monere: possem rationes olim a me adductas hic denuo sistere. Sed quid tantis ambagibus opus? HIERONYMO silenti HIERONYMVM oppono loquentem. Tu sic: Omittit ille rem aliquo loco: Igitur non credidit. Ego sic: Narrat rem duobus aliis locis; Ergo credidit. Quidquid vel CHRY-

Nn 4

SIP-

SIPPVS moveat, non expeditus tamen erit.

IRENAEI, EVSEBII, ORIGENIS, HIP-  
POLYTI silentio opposui, non eos JOANNIS  
conscribere voluisse Historiam. Plura etiam  
a Te praetermissa in hanc rem disputaveram.  
Respondes: Optimam eos tamen hanc rem  
commemorandi occasionem habuisse. (h) Si  
id ita esset, tamen adhuc esset incertum, fabulis  
illos eam connumerasse. Intelligis, quae lon-  
go numero differere possem. Sed num tam  
opportunam habuerint occasionem, ut existi-  
mas, ii, quibus viros inspiciendi facultas est,  
iudicent. Me aliter sentire, fateor. Quid  
vero? Si ex horum constare debet silentio, du-  
bitasse eos de rei veritate, nonne sic, quod  
ipsemet inficiaris, apertum est, Criticae eos  
operam dedisse? Sed loquaciorem, quam ne-  
cessitas postulat, me esse sentio. Properabo  
igitur.

Dixeram, incertum esse, an in illis haec Hi-  
storia libris extiterit, qui hodie perditii sunt.  
Certum esse, eam in nullis aliis fuisse lectam,  
ex eo patere reponis, *quia si eam pro vera habuis-  
sent laudati viri, in superstitionibus libris eam non omi-  
sissent, oblatis pluribus commemorandi occasio-  
nibus.* (i) Vis argumenti est: Non fuit historia  
in libris perditis: Nam in libris non amissis  
non extat. De occasionibus iam dictum est.  
Patere vero, Vir Amplissime, ut nihil respon-  
deam.

(h) p. 941.

(i) p. 942.

deam. Nemo Te melius intelligit, quid respondere possim? Habe tamen hanc coniecturam, meis rationibus admodum profuturam: Ideo in libris, quos habemus, rem omiserunt, quoniam in perditis eam exposuerant, commodioribus occasionibus oblatis.

Quod scripseram, scriptores Graecos Latini Sermonis imperitos fuisse, ac Historiam adeo a Latinis narratam nescivisse, sic diluis, (k) si vera fuisset haec Historia, Graecos etiam scriptores eam commemoraturos fuisse. Tum demum haec valebit responsio, quum ante EVSEBIVM Graecos extitisse, qui aut sacram Historiam, aut legatorum CHRISTI vitas exaraverint, compertum erit.

Atque sic, quibus meam infringi posse demonstrationem existimasti, breviter examinata sunt. Quo facto nondum in eum statum hanc TERTVLLIANVS narrationem adductam esse, ut fabularum numerum augere debeat, evidens esse opinor. Scribenti alia adhuc menti obversata sunt, quibus idem confirmari potest. Ut haec vero exponerem, in tanta praesertim otii inopia, haud necessarium duxi. Eadem de causa de IGNATII epistolis quaedam addere, non licet. Non ea mihi accusationum TVARVM vis videtur, ut a mea sententia dimovere possint. Quare & in nova, eaque longe auctiore vindiciarum mearum contra TOLANDVM editione, mox pro-

N n 5 ditu-

ditura, antiquam locis ex illis petitis sedem relinquere non dubitavi. Forte tempus erit, quo magis vacui commodius de hoc argumento sententias conferre poterimus. Reliquum est, ut & mearum & TVARVM rationum summam contraham, quo liberior de certamine nostro iudicandi facultas sit. Tu ipse mentem TVAM hoc modo exposuisti:

*Si narratio Tertulliani esset vera, sequitur, eam notam atque decantatam fuisse scriptoribus ecclesiasticis. Atqui posterius est falsum. Ergo prius; Ego vero sic cogitare soleo:*

*Quum antiquissimus scriptor TERTULLIANVS rememinerit, plures post eum in dubium eam non vocaverint, silentii vero nonnullorum scriptorum multae aliae causae esse potuerint, & admodum probabiliter fuerint, quam cognita rei falsitas, prudentis est, eam non ut fabulam repudiare, sed ad minimum, num talis aut Historia sit, in incerto relinquere.*

Vestrum est, eruditissimi Viri, qui pugnae spectatores fuistis, uter palmam tulerit, dispicere. Non tam mei studiosus sum, ut non eorum, quibus veritas & aequitas curae, longe studiosior, sim. Si non eruditione, non ingenio, non acumine, quibus celeberrimum abundare adversarium fateor, certe modestia & prudentia mea sese commendabit sententia. At TIBI, venerande HEVMANNE, quod me satis habere virium, ut mecum congregiaris, publice professus sis, quas possum, gratias ago. Cer-  
ta-

tabo ego in posterum, si facultas dabitur, officii, ut dissensionem hanc pretium, quod meritis TVIS statui, nullo modo diminuisse, intelligas. Tu vero, quin TVAM porro benevolentiam in me navaturus sis, quae TVA est humanitas, non dubito. Sicuterque longe pulcherrimum contentionis nostrae fructum capiemus, stabilem nimirum & perpetuam animorum coniunctionem & amicitiam. Ita vale. Dab. Kiliae Holsator. d. XXVIII. Julii MDCXXI.

QVAESTIO.

**H**UGO GROTIUS, Vir summus, in aureolo de verit. Rel. Christ. libello, L. V. c. 14. citat R. Nehumiam, quem L. annis Christum praecessisse affirmat, testaturque eum asseruisse, *plus L. annis non posse protrahi tempus Messiae a Daniele significatum.* Fatendum est, hoc Rabbinum testimonium, si occurreret, non esse momenti nullius. Inde factum, ut jam 1641. Maximilianus Langlaeus, ecclesiastes Rhotomagensis, per Cl. Sarravium ex Grotio quaeri voluerit, quis ille Magister Ebraeus Nehumias esset, de quo frustra Capellum, talium callentissimum, aliosque consulisset. Respondit tum illi Grotius sequentem in modum; *Nehumiae illius mentio fit in Thalmudicis. Ni fallor est in titulo de Synedrio. Ostendit istum mihi locum olim Hagae Stoetoxus. Puto ejus fieri mentionem in Abenada in Danielen.* Vide epist. Sarravianas 37. & 38. J. C. Wagenfeilius, quo Viro in hoc studiorum genere nemo peritior fuit, in diff. de LXX. hebdomadis Danielis, quae ad

ad calcem *Tel. ign. Satanae* legitur n. 71. citat illum Grotii locum, *cujas tamen iste Nebumias fuerit, ubi vixerit, quidque rerum gesserit, se juxta cum ignarissimis scire professus, licet persuadere sibi non possit, Grotium fucum nobis facere, & hoc testimonium supponere voluisse.*

Mihi nullum dubium est, per illum Nebumiam intelligendum R. נחוניא בן קנה, NECHONIAM, filium Kana, quem XL. annis ante N. C. vixisse scribunt Judaei, quemque auctorem faciunt libri cabbalistici *Babir*, de quo vide Ottonis hist. doct. Misnicorum p. 90. sqq. & *Wolffi* Bibl. Rabb. p. 905. sqq. Si quid ille aliquid hujus habet, suspicor id fieri in ejus אמרת הסודות, *epistola secretorum*, quam *Paulus de Heredia*, Arragonensis, ex Judaeo Christianus, una cum ejusdem *epistola pro adventu Messiae* Latine cum scholiis edidit, teste Nic. Antonio in T. II. Bibl. Hisp. p. 216. Aut multum interea animi fallor, aut Grotius nimis, ac par erat, facilis fuit, in sequendo Galatinum, cui alias non nimium fidei tribuendum docti norunt, qui L. I. c. 3. haec scribit: *Quem paulo post* (intelligit R. יהודה הקרוש, non sine turpi errore cum hic moriente demum saeculo à N. C. secundo vixerit) R. Nebumias, Haccanae F. secutus non ea tantum, quae a Prophetis de Messia occulte tradita fuerant, limpidissime patefecit, sed etiam se ab ejus adventu per L. tantum annos procul esse asseruit. Ut autem hunc Galatini, (qui & alibi L. IX. c. 9. nonnulla ex ejus *epistola de mysteriis* affert) locum putem Grotio ansam dedisse ista scribendi, ita gestio erudiri, (1) Num & quid in illa *Nechoniae a Paulo de Heredia* vulgata *epistola de tempore Messiae* legatur, & num tale quid in Talmude, praecipue in libro de Synedriis, inveniatur, quale se ibi invenisse scribit Grotius? (2) Quis ille sit ABENADA in Daniele, cujus idem fecit mentionem? (3) Ubinam R. Bechai veritatem resurrectionis Jesu Christi agnovit, quod pariter Grotius asserit C. L. Lib. 2. §. 7. & plenius laudat *Jacobus GAEFARELLUS* in *Curios. inaud. C. XS. 6. T. d. H.*